Venor aliquando, ſed non ſine pugillaribus: vt quāuis nihil ceperim, nonnihil referā. Venabulum.) telum ad venandum. in quod illud Martialis diſtichon. Excipient apros, expectabuntq; leones: Intrabūt vrſos ſit modo firma manus. Lancea.) hiſpanicum verbum eſt referēte Gellio longius telum. græci vocant λόγχην. Stylus.) ferreus quo ſcribebat antiquitas in pugillarib⁹. & apud Tranquillū legim⁹ Domitianum muſcas ſtilo præacuto configere ſolitum. Pugillares.) tabulę de ligno ſiue alia materia ceratæ: dicti a pugno videtur q; eo cōtineri poſſent: de quibus Mar. Secta niſi in tenues eſſemus ligna tabellas, Eſſemus libyci nobile dentis onus. ſed Gellij verba, quomodo fierēt, clarius exprimunt, Aſdrubal, inquit, epiſtolā ſcriptam ſuper rebus arcanis hoc modo abſcōdit: pugillaria noua nondū etiam cera illita accepit, literas in lignum incidit, poſtea tabulas, vti ſolitū eſt, cera colliuit. Plinius ex authoritate Homeri aſſerit pugillarium vſum fuiſſe ante Troiana tēpora. Ex præcedentibus ergo colligitur dici pugillares & pugillaria numero plurium. Meditabar enotabā́q;) ſecutus eſt ordinē: nā cogitata ſcribimus. Vacuas) p̄da. Ceras) tabulas ceratas. Cogitatione) Fuit ī prima lectiōe ꝓ cogitatiōe agitatiōe. Iam) pręterea. Tacitus, Iam opes tot victorijs quęſitæ. Et ſtatim, Iam aqua priuatorū licentia intercepta. Ipſe in oratione panegyrica, Iam quis adeo diſſolutus. Et Pli. auunculus lib. vij. Iā quidē & in Italia tales partus eſſe vitales. Datur) ſeruatur inueſtigando. Pli. lib. x. Ideo & ſilentiū in mari piſcantibus. Proinde) quare. Liuius lib. primo belli punici. Proinde omitte Sagunti mentionē facere. Panarium) panis receptaculum, ſicut granarium grani. Mar. Cum panariolis tribus rediſti: & Statius. Iam panaria ſordideq; mappæ. Lagunculam) vas vinarium. diminutiuum a lagena quę tumorem in medio extendit ſecūdum Iuuenalem. græci λάγυνον vocant per tria genera indiſcrete. ſicut Atheneus in ſuis cœnis notat plurimorum teſtimonio. Dianam) venationis deam. Mineruam) diſciplinarum præſidem.

Venab.
Lancea.
Pugillares.
Iam.
Proinde.
Lagūcula.

## C. PLINIVS OCTAVIO RVFO SVO S.

Vide, in quo me faſtigio collocaris, cū mihi idem poteſtatis, idḗq; regni dederis, quod Hom. Ioui Opt. Max. τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατὴρ, ἕτερον δ' ἀνένευσε. Nam ego quoq; ſimili nutu, ac renutu, reſpōdere voto tuo poſſum. Etenim ſicut fas eſt mihi, pręſertim te exigente, excuſare Bęticis contra vnum hominē aduocationem: ita nec fidei noſtrę, nec conſtātię: quam diligis, conuenit adeſſe contra prouinciam, quam tot officiis, tot laboribus, tot etiā periculis meis aliquando deuinxerim. Tenebo ergo hoc temperamentum, vt ex duobus, quorum alterutrū petis, eligā id potius, in quo non ſolum ſtudio tuo, verum etiā iudicio ſatiſfaciam. Neq; enim tantopere mihi conſiderandum eſt, quid vir optimus in pręſentia velis, q̄

### ARGVMENTVM.

Vide in quo) Rogāti Octauio vt vellet adeſſe Gallo contra Bæticos, pollicetur ſaltē ab aduocatione Bæticorū ſe deſtiturū. q̄s etiam cū ſuo periculo ſæpe iuuiſſet: & in fine petit ſibi fieri copiam carminū, quæ Octaui⁹ cōponebat. extat enim epiſtola lib. ij. qua conatur Octauij verſus publicari.

Octauius.
Rufus.

Faſtigio.) altitudine, maieſtate. τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατὴρ, ἕτερον δ' ἀνένευσε, huic autē alterum quidē pater dedit: alterū vero renuit. carmē ex ſextodecimo Iliados: vbi Achilles precat̄ Iouem vt Patroclus pugnaturus a nauib⁹ pugnā remoueret, & ad ſe incolumis rediret: cui prius Iupiter conceſſit: vt rediret incolumis, nō dedit. Sic inquit Secundus, ego tanq̄ Homericus Iupiter, alterū, q; petis vt deſiſtā ab aduocatione pro Bæticis, tibi cōcedam: q; vero exigis, vt Gallo adſim, renuam. Hoc carmen imitatus eſt Virgilius libro vndecimo, Audijt & voti Phœbus ſuccedere partem Mente dedit partem volucres diſperſit in auras. Et Stratonicus citharœdus in rem ſuam aliter vſus eſt, nam inuitatus olim audire canētem citharœdum, poſtq̄ finiuit, inquit, τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατὴρ, ἕτερον δ' ἀνένευσε, hoc eſt male quidem pulſare dedit, bene autem cantare renuit: Atheneus author. Idem) poteſtatis annuendi & renuendi. Optimo) ad naturam. Maximo) ad poteſtatem refer. Nutu) aſſenſu, dum promitto non agere aduerſus Gallum. Renutu) dum nolo adeſſe Gallo contra Bethycos. Excuſare) honeſtis rationibus nō ſuſcipere, patrocinium. Bæticis) Hiſpanis a flumi-

Bætica.

ne Bæti defluente a monte Caſtaone:qui naturam oceani erga fluxum refluxumq; imitatur. lege plura apud Philoſtratum.eſt autem Bætica pars Hiſpaniæ. Nec fidei noſtræ) non cõuenit mihi,qui ſoleo fidem cõſtanter tueri. Prouinciam)Bæticam. Tot officijs)non ſemel enim pro Bæticis egit, vt aduerſum Cæcilium Claſſicum:in qua cauſa magnos labores paſſus eſt,vt aduerſum Bebium Maſſam, vbi fere periclitatus eſt.

In p̃ſentia.

Temperamentum)modeſtiam. Studio)amori. Iudicio)rectæ rationi. In præſentia)& imprę̃ſentiarũ authores indiſcrete vtũtur, Vlpianus fere ſemper impreſentiarum:ſic Apuleius in Floridis.alij interdum in præſens,ac in præſente, & ad præſens: cõtẽderim impreſentiarũ legi debere coniunctim. Probaturus) cũ ille ardor tuus ſubſederit:nam primo quæ probabam⁹,poſtq̃ refrixit impetus,aliquando improbamus, remota animi ꝑturbatione. Idus Octobres) quintumdecimum Octobris diem. Tua meaq; fide) vt expetit tua fides & mea,an magis fide vtriuſq; noſtrũ illi data.

quid ſemper ſis probaturus. Me circa idus Octobreis ſpero Romę futurum:eademq; hęc pręſentẽ quoq; tua, meaq; fide Gallo confirmaturum:cui tamen iam nũc licet ſpondeas de animo meo, ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε κρονίων. Cur eñ non vſquequaq; Homericis verſibus agam tecum? quatenus tu me tuis agere non pateris:quorum tanta cupiditate ardeo, vt videar mihi hac ſola mercede poſſe corrumpi, vt vel cõtra Bęticos adſim. Pene prę̃terii,quod minime pręter eundum fuit,accepiſſe me cariotas optimas,quæ nunc cum ficis & boletis certamen habent. Vale.

Aquilius Gallus.

Aquilio Gallo) Aquiliũ Gallum fuiſſe iuriſconſultum teſtantur Scæuola & Florentinus.

Vſqueq̃q;.

ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε κρονίων,dixit & ceruleis ſupcilijs annuit Saturni⁹, verſus ex primo Iliados & libro decimoſeptimo eiuſdẽ repetitus, dum oſtendit Iouem annuiſſe. Vſquequaq;)ſemper.Idem libro ſeptimo, Vſquequaq; narrabitur qua cõcordia vixerimus:& Columella,Sed neq; eodem modo,neq; iiſdẽ temporib⁹, vſquequaq; fieri placet.M.Tullius,Aut vndiq; religionem tolle,aut vſquequaq; conſerua. Tuis agere nõ pateris)non facis mihi copiam tuorum verſuum:nam alibi tanq̃ nimium patientem, vel potius durum Octauiũ increpat,qui tam inſignes libros tam diu retineret nec ederet. Hac ſola mercede)tuorum carminum. Corrumpi)flecti in malum.iocatur cum amico. Adſim)agam pro Gallo. Cariotas)palmæ fruct⁹. Scribit Plĩ.

Cariotę.

ſua tempeſtate celebratas fuiſſe in cibo cum ſucco vberrimæ ſint:ex quibus pręcipua vina orienti,iniqua capiti vnde etiam pomo nomen eſt a capite:verum nobilitas in Hierecunte Iudææ: ſunt & ſucco pingui lactẽres, quodamq; vini ſapore in melle prædulci.Diodorus in interiore Syria fieri Cariotas alijs excellentiores tũ dulcedine,tum magnitudine,ac humore,teſtatur:his maiores multo Arabia fert ac Babylonia,quarum magnitudo eſt ſex digitorum.colore ſunt quędã ſubęreo,nonnullæ puniceo,aliæ porphyreo aſpectu,amœnę & ſuaues guſtu:deaurari ſolitas & Calẽdis Ianuarijs mitti tradit Martialis, apud quem legitur fuiſſe pauperis munus:cui ſententiæ conuenit illorum lectio,certamen nondum habent.verum,ſi ſublato nondum vt in multis codicibus ſcriptum offendi,videtur Secundus auunculi opinioni propius accedere. Ficis) inter quas Martialis Chiam extollit,quę merum & ſalẽ ſapit. Boletis)quanti fecerit boletos antiquitas,idem notat in diſtichis, aſſerens,facilius donare Romanos aurũ & argentum q̃ boletos.& Satyricus Iuuenalis boletos lautiſſimũ ciborum regi,& domino apponi pulſat.Pli.Boletos ſuilloſq; gulæ nouiſſima irritamenta vocat.

Argumẽtũ.

PEroportune)Mittit Pompeio Saturnino ſingulari doctrina viro orationem, quã habuerat apud municipes ſuos dedicaturus ibidem bibliothecam,& annuos ſumpt⁹ in alimenta ingenuorum filiorũ pollicitus: excuſat ꝙ in ea maiores ſuos, & ſe quoq; laudet.tantum deniq; Põpeio defert,vt de editione pro illius arbitrio ſit facturus.

## C. PLINIVS POMPEIO SATVRNINO SVO. S.

PEropportune mihi reddítę ſunt literę tuę, quib⁹ flagitabas, vt tibi aliquid ex ſcriptis meis mitterem,cum ego idipſum deſtinaſſem. Addidiſti ergo calcaria ſponte curren ti: pariterq; & tibi veniam ręcuſandi laboris, & mihi exigendi verecundiam ſuſtuliſti. Nam nec me timide vti decet eo, quod oblatum eſt, nec te grauari quod depopoſciſti. Non eſt tamen, quod ab homine deſidioſo aliquid noui operis expectes. petiturus ſum enim,vt rurſus vaces ſermoni, quem apud municipes meos

Pompeius Saturnin⁹.

Fuit autem Põpeius Saturninus acer cauſidicus,ſiue ex tẽpore,ſiue meditata ꝓferret: tum proſa,tum verſu clarus: in orationib⁹,& hiſtoria mirabilis. Alterius Saturnini hiſtorici meminit Tranquil.Saturninum nominat Lucianus,vbi de morte Seueriani agit.& Q. Saturninum iuriſconſultum Pomponius citat.Ille igitur Põpeius Saturninus moriens Secũdum reliquit hæredem. Idipſum)mittes aliquid ex ſcriptis meis. Addidiſti calcaria)tranſlatio ab equo.i.iam paratum ad id magis incitaſti.Ouidius,Acer & ad pugnam per ſe curſurus honores,Si tamen horteris fortius ibit equus. Laboris)emendandi. Exigendi)petendi a te:vt limam adhiberes. Eo)opera tua in corrigendis meis libellis,quam tu vltro mihi obtuliſti. Ab homine deſidioſo)ſemper de ſe parce loquitur,extenuando facultatem ſuam,& ſe deſidem appellando. Rurſus) iam enim Saturninus eam orationem legerat. Sermoni)orationi:an ideo ſermonem appellauit, quia ſecũdum Porphirionem ad præſentes dicitur:an ꝙ oratio illa eſſet remiſſa,& finitima quotidianę locutioni:nam pręter M.Tullij

Sermõ & Oratio.

teſtimonium, Seneca tradit ſermonem eſſe orationem voce demiſſa, & tenui figura prolatam. Accedit authoritas Fabij ſcribentis, parum admodum ſermonem ab oratione differre, & interdum eſſe idem oſtēdit. Seruius inquit, Sermo eſt conſertio orationis, & confabulatio duorum, vel plurium, a ſerendo dictus. Antiſthenes apud Diogenem primus ita diffiniuit, Sermo eſt qui quid ſit aut fuerit, exprimit. Municipes) Nouocomenſes. ſunt autem Municipes ciues Romani in oppidis municipalibus ſuo iure, & ſuis legibus vtentes, muneris tantū honorarij cum populo Rom. participes, a quo munere capeſſendo appellati videntur, nullis alijs

Municeps.

habui bibliothecam dedicaturus. Memini quidem te iam quædam adnotaſſe, ſed generaliter. ideo nunc rogo, vt non tantum vniuerſitati eius attendas, verum etiam particulas, qua ſoles lima, perſequaris. Erit enim & poſt emendationem liberum nobis vel publicare, vel continere. Quinimmo fortaſſe hanc ipſam cunctationem noſtram in alterutrā ſententiam emendationis ratio deducet, quæ aut indignū editione dum ſępius retractat, inueniet: aut dignum, dum idipſum experitur efficiet. quanq̄ huius cūctationis meæ cauſſæ non tam in ſcriptis, quàm in ipſo materiæ genere conſiſtunt. eſt enī paulo quaſi glorioſius, & elatius. onerabit hoc modeſtiam noſtram, etiam ſi ſtylus ipſe fuerit preſſus, demiſſuſq;. propterea q cogimur, cum de munificentia parentum noſtrorum, tum de noſtra diſputare. Anceps hic, & lubricus locus eſt, etiā cum illi neceſſitas lenocinetur. Etenim ſi alienæ quoq; laudes parum æquis auribus accipi ſolent, q̄ difficile eſt obtinere, ne moleſta videatur oratio de ſe aut de ſuis differentis! Nam cum ipſi honeſtati, tum aliquātum magis gloriæ eius, prædicationiq; inuidemus: atq; ea demū recte facta minus detorquemus & carpimus, quæ in obſcuritate & ſilētio reponūtur: qua ex cauſa ſæpe ipſe mecū, nobis ne tātū quicqd iſtud eſt, cōpoſuiſſe, an & aliis debeamus

neceſſitatibus, neq; vlla po. Ro. lege aſtricti: ſatis conſtat municipium fuiſſe in meliori conditione, q̄ coloniam. hæc Gelli⁹. Vlpianus Iuriſconſultus, Proprie quidem municipes appellantur muneris participes, recepti in ciuitate, vt munera vobiſcum facerent, ſed nunc abuſiue dicimus municipes ſuæ cuiuſq; ciuitatis ciues, vtputa Campanos, Puteolanos: ſic Iuriſcōſulti, niſi in quātum Paulus apertius videtur vocabulum interpretari de ſignificatione verborū, Municipes, inqt, dic q munera ciuilia capiant. Siculus Flaccus, Municipia, inquit, quidam putant a munitionibus dicta, alij a munificentia, eo q munificæ eſſēt ciuitates. Feſtus tres municipiorū ſpecies facit, ſed authorem ſatis eſt indicaſſe. Dedicaturus) aſſignaturus titulo & nomini alicuius cōſecraturus, oblaturus: & Pōponio tradente, quaſi dicendo deſerturus. nam etiam nūc Mediolani eſt videre in tabula licet cōfracta, Plin. in tutelā bibliothecæ quædam ſeſtertia contuliſſe.

Dedicare.

Bibliothecas dedicari

Oſtendit libro triceſimo quinto Plin. cōſueuiſſe Romanos bibliothecas, id eſt librorum repoſitoria, quas Latinorum aliqui librarias vocant, conſecrare. Generaliter) ſummatim. per genera. Vniuerſitati) toti operis ſummæ. Particulas) minima quęq;. Qua ſoles lima) acri tua emendatione. Erit liberum nobis) in facultate noſtra erit. Publicare) in publicum mittere. Cunctationem) edendi moram. In alterutram) in vnum duorum, dum ſæpius recognoſcitur, aut videbitur indignum opus editione, vel emendando frequenter elaborabitur, vt merito emitti poterit. Efficiet) crebra emendatione. In ſcriptis) in verbis. Materiæ) ſenſus rerum. Elatius) iactantius. legimus etiam latius, & in aliquibus exemplaribus lautius, id eſt vberius, vt quod digrediatur. placet prima lectio. Modeſtiam) cum alias ſoliti ſimus de nobis loqui modeſte: quod non feciſſe in his reprehendar. Preſſus) in tenui figura. quare potius ſermonem q̄ orationem appellauit. Parentum) maiorum, qui vſi fuerant liberalitate erga patriam Comum: ex quibus apparet non ſolum Cæciliū fuiſſe Comenſem, ſed etiam maiores ſuos inde oriundos. Anceps locus) dubius periculoſus tractatus & argumentatio: anceps enim pro mortifero & periculo proximo Plinius ſenior vſurpat, Voluptas inquit tanta ancipitis cibi. & Liuius, Quia reuocare, aut vi retinere eos anceps erat: & Virg. ferrum anceps. quod grammatici interpretantur vtrinq; acutum. Lubricus) qui facile ad malum flecti poteſt. Periculoſus) cum periculum ſit in eo conſiſtere, vt ſunt loca humore conſperſa. Etiam) q̄uis, alibi interdum conſentientis aduerbium, quandoq; pro adhuc & præterea. Lenocinetur) blandiatur. tranſlatum verbum a lenonibus, quo præceptor eius Quintilianus vſus plerunque. Alienæ) quæ de alijs dicuntur. Aequis auribus) benigne. Accipi) audiri, admitti. De ſe) de ſua laude. Nam cum ipſi honeſtati) inuidemus honeſtis viris, ſed pręcipue eorum gloriæ & laudi: quę vero bene geſta latent, & a nullo prædicātur, minus reprehendimus. Tum) maxime. Prædicationi) laudi. M. Tullius pro Archia, Ipſi illi philoſophi, etiam in illis libellis, quos de contemnenda morte ſcribunt, nomen ſuum inſcribunt: in eo ipſo in quo prædicationem nobilitatemq; deſpiciūt, prædicari volunt. Mecum tractaui) conſideraui. Tantum compoſuiſſe nobis) continere apud me, & mei gratia ſcripſiſſe. Quicquid eſt iſtud) ſiue bona ſiue mala ſit oratio. Alijs) aliorum cauſa compoſuiſſe: & ideo emittere. Agendæ rei neceſſaria) dum rem agimus, neceſſaria ſunt, ſicut commendare liberalitatem ſuam, & maiorum. Parem) neceſſitati. Gratiam) commendationem. Stylo) ſcriptis.

Anceps.

Etiam.

Lenocinari.

Honeſtis cogitationibus) munificentiæ laudibus, quæ eſt tribuere merentibus, amore & ſtudio honeſtatis, vt patriæ propinquis, affinibus, amicis, pauperibus. Tractu) placet magis, vt legatur tractu quàm tractatu nam præter fidem exemplarium ipſe ad Capitonem de oratione ſcribens, inquit. Illa tractu placet. & M. Tullius de Oratore, tractum verborum in Antonio laudat. Tacitus, tractum belli pro mora & productione: & libro quinto decimo pariter vſurpat, Durante, ſcribit, tractu & longitudine mortis.

Liberalitas.

Tractus.

Largitio.

Auaritia naturalis.

Comitem)ſubſecutricem. Pœnitentiam)Seneca,Sera parſimonia in fundo eſt. Largitionis) liberalitatis, improprie vſus:nam largitio eſt nimia,& immoderata pecuniarum profuſio:& alij ſic vſurpant. Exercitatio)legitur etiam excitatio. Ex his)ſcriptis. Contemnendæ pecuniæ, ſpernendæ auaritiæ. Ad cuſtodiam eius)ad conſeruandam pecuniam. Reſtrinxerit natura) pecuniarum auidi ſumus a natura. De auaritia ſic locutus eſt Seneca in epiſtolis, Admirationẽ parentes auri atq; argenti fecerunt,& teneris infuſa cupiditas altius ſedit,creuitq; nobiſcũ: deinde totus populus in alijs diſcors,in hoc conuenit,hoc ſuſcipiunt, hoc ſuis optant.

vt nobis. Admonet illud quoq;, quòd pleraq; quę ſunt agendæ rei neceſſaria,eadem peracta nec vtilitatem parẽ,nec gratiam retinent. Ac ne longius exempla repetamns, quid vtilius fuit,quàm munificentiæ rationem etiam ſtylo proſequi?per hoc enim aſſequebamur, primum vt honeſtis cogitationibus immoraremur:deinde vt pulchritudinem illarũ longiore tractu perui deremus:poſtremo,vt ſubitæ largitionis comitẽ,pœnitentiã caueremus. Naſcebatur ex his exercitatio quædam contemnendæ pecuniæ. Nam cum omneis homines ad cuſtodiam eius natura reſtrinxerit, nos contra multum, ac diu penſitatus amor liberalitatis communibus auaritiæ vinculis eximebat, tantoq; laudabilior munificentia noſtra fore videbatur, q ad illam non impetu quodam, ſed conſilio trahebamur. Accedebat his cauſis,q non ludos, aut gladiatores, ſed annuos ſumptus in alimenta ingenuorum pollicebamur. Oculorum porro,& aurium voluptates adeo non egent commendatione,vt non tam incitari debeãt oratione, q̃ reprimi. Vt vero aliquis libenter educationis tædium laboremq; ſuſcipiat,nõ præmiis modo, verũ etiam exquiſitis adhoſtationibus impetrandum eſt. Nam ſi medici ſalubreis, ſed voluptate carenteis cibos blandioribus alloquiis proſequuntur,quanto magis decuit publice conſulentem,vtiliſſimum munus,ſed perinde non populare comitate orationis inducere?præſertim cum enitendum haberemus,vt quod parentibus dabatur,etiam nobis probaretur: honoremq; paucorum cæteri patienter ſpectarent,& mirarẽtur:ſed vt tunc communibus magis commodis,quàm priuatæ iactantiæ ſtudebamus, cum intentionem, effectumq;

Gladiatores.

Porro.

Cõmunibus vinculis)naturali vitio. Non impetu) non incõſiderate nec ſine ratione. Dicebat Seneca ſe malle iudicia Auguſti q̃ dona Claudij. Ludos) qui euaneſcunt non relicto aliquo vtilitatis in poſterũ exẽplo: erant enim ludorum varia genera. Gladiatores)quos in funeribus illuſtriũ dari populo notũ, & poſt cœnã interdum, referẽte Athenæo: q ex authoritate Hermippi aſſerit, Mantinenſes inueniſſe gladiatores, Demea oſtendente, in vrbe primum Brutũ in honorẽ patris defuncti: ſed Valerius in foro boario primũ munus dediſſe teſtatur. Cur exhiberẽtur opportunius dicetur in panegyrica oĩone. Annuos ſumptus)vt ex reditu agri,quẽ actori publico emãcipauerat, & impoſito vectigali cõduxerat, pueri pauperes ingenui alerẽtur, & educarentur. Meminit huius rei latius lib. ſeptimo ad Caniniũ. Audio adhuc Comi extare veſtigiũ liberalitatis Plinianæ. Satis conſtat Mediolani in lapide q̃q̃ fracto legi Plinium in alimẽta puerorum & puellarũ multa ſeſtertia dediſſe. Porro)pręter ea. vt apud Terẽtium in hecyra. alias affirmantis aduerbiũ, ſignificat etiã minus, interdũ poſtea: quãdoq; temporis aduerbium, alias expletiua, nõnunq̃ procul, alias hortãtis: cõmode exempla ſumes a Terẽtio & Virg. Oculorum voluptates)quæ per oculos percipiũtur & aures,vt ludi ſcenici & gladiatorij. Cõmendatione)laudari oratione. Incitari) intendi,augeri. Reprimi)ſedari,emendari,tolli. Aliquis)orphanotrophus. Educationis) alendi alienos filios. Exquiſitis)

Perinde.

Inducere.

elaboratis,egregijs. Proſequuntur)commendant. Vtiliſſimum munus)educationem ingenuorum. Non perinde populare)non multum vel æque populo gratum:nam perinde,multum ſignificat & æque. Trãquil. Quare aduentus eius non perinde gratus fuit. Comitate orationis)benigno ſermone. Inducere)inſtituere, perſuadere per inductionem,quæ ſecundum rhetores eſt oratio rebus non dubijs captans aſſenſionẽ eius rei quæ inſtituta eſt. Enitendum haberemus)opus eſſet eniti. Parentibus dabatur) quod in laudem maiorũ meorum diſertabam:& nobis præpararetur,qui eramus apud poſteros gloriam ex hoc munere conſecuturi. In alia lectione eſt:dabatur,etiam orbis probaretur:vt ſcilicet intelligatur,hoc munus parẽtibus oblatum, & ideo ab illis probandum eſſe,ab his expectandum, donec filios ſuſciperent. Paucorum)meorum. Cæteri) municipes. Spectarent)intuerentur. Imitarentur)incitarentur ad imitandũ exemplo noſtro. In alia lectione ſpectarent & mirarentur. Tunc)cum diximus orationem. Priuatæ iactantiæ)noſtræ laudi. Aliorum municipum)id eſt,vereor ſi emiſero hunc ſermonem,ideo videar feciſſe, vt me laudarem:non, vt Nouocomenſes hortarer ad ſimile. Quanto maiore animo)eſſe indicium excellentioris animi, contentos eſſe ſua cõſcientia pro benefactis,q̃ laude. vnde M.Tullius in Thuſculanis, Quin etiã,inquit,mihi laudabiliora videntur omnia,quæ ſine venditatione & ſine populo teſte fuerint:non,q fugiendum ſit, omnia enim benefacta in luce ſe collocari volunt,ſed tamen nullum theatrum virtuti conſcientia maius eſt. vnde Secundus Ariſtonem commendans, Ornat hæc, inquit,magnitudo animi, quæ nihil ad oſtentationem, omnia ad conſcientiam refert:recteq; facti non ex populi ſermone mercedem,ſed ex facto petit. Videtur Plinius imitatus fuiſſe eundem Tullium in philippicis, Satis,inquit,in ipſa conſcientia pulcherrimi facti fructus erat. Fructus honeſtatis)præmium quod prouenit ex honeſte factis. Maiore animo)generoſius. Sequi)per ſe comitari benefacta:nam etſi(refert Cicero)nihil in ſe habeat gloria cur expetatur, tamẽ virtutem,tanq̃ vmbrã ſequitur.

Appeti) affectari. Nec iccirco eſt minus pulchrum) nec ideo eſt minus glorioſum, ꝙ gloriam meruit: & dignus eſt laude: q̃uis eam non ſit conſecutus. Prædicare) vulgare. Laudare) commendare. ſic Valerius libro octauo. Feciſſe) benefeciſſe famæ cauſa: ſecus laudat Traianum in panegyrica oratione. Non ideo, dixit, viciſſe videaris, vt triumphares: ſed triumphare, quia viceris. Referente) narrante eo qui non fecit. Vaneſcit) non creditur, mendax exiſtimatur, deperit. Rem) factum per ſe laude dignum: vt præbere alimenta ingenuis. Deſtruere) demoliri, cum veritate notare. Iactationem) ꝙ nimium applauſerit ſibi author.

muneris noſtri vellemus intelligi, ita nunc in ratione edendi veremur, ne forte non aliorum vtilitatibus, ſed propriæ laudi ſeruiſſe videamur. Præterea meminimus quanto maiore animo honeſtatis fructus in conſcientia, quàm in fama reponatur. Sequi enim gloria, non appeti debet: nec ſi caſu aliquo non ſequatur, idcirco quod gloriam meruit, minus pulchrum eſt. Ii vero qui benefacta ſua verbis adornant, nõ ideo prædicare, quia fecerint: ſed vt prædicarent, feciſſe creduntur. Sic quod magnificum referente alio fuiſſet, ipſo qui geſſerat recenſente, vaneſcit. Homines enim cum rem deſtruere non poſſunt, iactationem eius inceſſunt. Ita ſi silenda feceris, factum ipſum: ſi laudanda, ꝙ non ſileas, ipſe culparis. Me vero peculiaris quædam impedit ratio. etenim hunc ipſum ſermonem non apud populum, ſed apud decuriones habui: nec in propatulo, ſed in curia. Vereor ergo, ne ſit ſatis congruens, cum in dicendo aſſentationem vulgi, acclamationemq; defugerim, nunc eadem illa editione ſectari: cumq; plebem ipſam cui conſulebatur limine curiæ, parietibusque diſcreuerim, ne quam in ſpeciem ambitionis inciderem, nunc eos etiam, ad quos ex munere noſtro nihil pertinet, præter exemplum, velut obuia oſtentatione conquirere. Habes cunctationis meæ cauſſas. obſequar tamen cõſilio tuo, cuius mihi authoritas pro ratione ſufficit. Vale.

Inceſſunt) infamant, vellicant, lacerant, inuehuntur. Silenda) turpia. Factum ipſum) culpatur. Non ſileas) ſed iactes, & glorieris. Decurione ) ſenatores in municipijs: in quibus idem erat decurio, qui Romæ ſenator: ꝙ in ſenatu, & concilijs municipalib⁹ intereſſe poterat, ſi habuiſſet cenſum centum milium nũmum. & decuriones quidam dictos aiũt, ex eo, ꝙ in initio coloniæ cum deducerẽtur, decima pars eorum qui deducerentur, conſilij publici gratia conſcribi ſolita ſit. Porro decurio ordo in militia: & qui ſuam quiſq; curiã tuebatur, decurionem appellatũ Dionyſius aſſerit. Decuriones quinquennales Apuleius vſurpat ꝓ ſacerdotib⁹ Iſidis in quinquenniũ cæteris præfectis. Fuiſſe autem Comum municipium præter Cæcilij teſtimonium, confirmant antiquorum memoriæ.

Decuriones

Ne) alij legũt. vt, pro quomodo. Populum) coram populo vt in foro. Curia) ſenatu. Acclamationem) laudem cum aſſenſu: qđ Iuniores hiſtorici frequẽter vſurparũt, & ipſe in oratione panegyrica, interdum tamen pro conuicio accipitur, vt apud Lampridium & Tranquillum. Reclamationes autem contrariæ ſunt acclamationibus: nam reclamare eſt ingenti voce reprobare, at acclamare, aſſentiri, cum clamore probare. Eadem illa) aſſentationem, & plauſum. Cui conſulebatur) in cuius vtilitatẽ hæc fecimus. Diſcreuerim) excluſerim. Ambitionis) immoderatæ laudis cupiditate: eſt autem ambitio, cum ad publicos honores & magiſtratus, turpibus atq; inhoneſtis artibus, & blanditijs, precibus, largitione, contendimus: at ſecundum Dionyſii ſententiam eſt inanis gloria, ſequens imaginem decoris, & deſiderium exitialium voluptatum. Claudianus cecinit, ambitionem eſſe auaritiæ nutricem fœdiſſimam, quæ veſtibulis foribuſq; potentum excubat, & precijs commercia paſcit honorum: Pulſa ſimul. Eos.) extraneos. Exemplum) imitationem. Obuia) manifeſta. Cunctationis) moræ, cur tantum contineam. Authoritas) fama & fides ex virtute quæſita.

Acclamatio

Reclamatio.

Ambitio.

Authoritas

## C. PLINIVS MIMVTIO FVNDANO SVO, S.

MIrũ eſt, quàm ſingulis diebus in vrbe ratio aut cõſtet, aut cõſtare videatur, pluribus cunctiſq; non conſtet. Nam ſiquẽ interroges, Hodie qđ egiſti? reſpõdeat, Officio togæ virilis interfui. ſponſalia, aut nuptias frequẽtaui, ille me ad ſignandũ teſtamẽtũ, ille in aduocationem, ille in conſilium rogauit. hæc, quo die

MIrum eſt) Minutiũ, Fundanum hortatur ad ſeceſſum & ſtudium, cum in vrbe occupati ſint homines rebus inanibus, ruri nihil audiãt quod audiſſe pœniteat. Minutius Fundanus) cui alibi in proximum annum Conſulatum auguratur, eruditus, & ſapiẽs fuit: vt qui ſe ab ineunte ætate altioribus ſtudijs dederat. ex duabus natis alteram vix pubertatem ingreſſam amiſit, proconſul Aſiæ ex Adriani reſcripto monitus, ne ſine obiectu criminum Chriſtianos condẽnaret: authores ſunt Euſebius, & Oroſius. Conſtet ratio) aliqua ratio adduci poſſit cur tranſacti diei non ignaue. Aut conſtare) correctio. Non conſtet) nulla etiam falſo adduci ratio poſſit cur ſint occupati in vrbe. Pluribus) diebus vel potius nominibus. Quem) aliquem. Officio togæ virilis)

Argumẽtũ.

Minutius Fundanus.

Conſtans ratio.

Toga virilis.

feceris, neceſſaria: eadem, ſi quotidie feciſſe te repute, inania videntur: multo magis cum ſeceſſeris. Tunc enim ſubit recordatio, quot dies q̃ frigidis rebus abſumpſeris. Quod euenit mihi poſtq̃ in Laurentino meo aut lego aliquid, aut ſcribo, aut etiam corpori vaco, cuius fulturis animus ſuſtinetur. Nihil audio, quod audiſſe: nihil dico, quod dixiſſe pœniteat. Nemo apud me quenq̃ ſiniſtris ſermonibus carpit. neminem ipſe reprehendo, niſi vnum me, cum parum commode ſcribo, nulla ſpe, nullo timore ſolicitor, nullis rumoribus inquietor. Mecum tantum, & cum libellis loquor. O rectam, ſynceramq́; vitam. O dulce ocium, honeſtumq́;, ac pene omni negocio pulchrius. O mare, o litus, verũ, ſecretumq́; μουσεῖον, q̃ multa inuenitis, quàm multa dictatis. Proinde tu quoq; ſtrepitum iſtum, inanemque diſcurſum, & multum ineptos labores, vt primum fuerit occaſio, relinque: teque ſtudiis, vel ocio trade. Satius eſt enim (vt Attilius noſter eruditiſſime ſimul & facetiſſime dixit) ocioſum eſſe, quàm nihil agere. Vale.

officioſe comitatus ſum aliquem. præſtiti officium meum, dum amicus togam virilem ſumeret: quæ authore Iuriſconſulto, ad ſeptimumdecimum annum ſumebatur, quam ætatem militarem appellauit antiquitas. Legimus tamen apud Tranquillum ſexto decimo ætatis anno ſumpſiſſe Auguſtum togam virilem. argumentum ſcilicet tranſeundi a pueris in virum. Cui ſententiæ Dion aſtipulatur, & Seneca inquit, Pueritia deponitur, ſed non puerilitas in pleriſq; hominibus. Fere in eundem ſenſum Martialis ad Ponticum conquerentem, vt vix vno anno librum emitteret, ſcribit. Sponſalia) pacta ante nuptias, & ſponſio nuptiarum futurarum, a ſpondendo dicta. Signandum teſtamentum) tria teſtamentorũ genera Gellius nixus Lęlij Felicis authoritate tradit: ſed poſtq̃ in vnum ius ciuile & prætorium iungi cõſtitutum eſt, ſeptem teſtibus adhibitis, & ſubſcriptione

Teſtamẽtũ.

teſtiũ ſignacula teſtamentis ſunt impoſita ex edicto prætoris, ſicut ſubſcriptiones ex ſacris conſtitutionibus: non enim olim, vt nunc, publici notarij ſtipulabantur, ſed domini vel alij eorũ nomine tabulas ſcribebant, quas a ſeptem teſtib⁹ ſubſcriptas, lineo vinculo claudebant, notatas teſtium ſigillo. Teſtamẽtum compoſitum ex teſtatione mẽtis Sulpitius arbitratur, quod reprehẽdit Gellius arguens eſſe ſimplex verbum. In aduocationem) vt ipſi adeſſem. In conſilinm rogauit) vt cognoſcerem, & iudicarem: vel, vt ipſi conſulerem. Inania) nullius momenti. Multo magis) vident ſuperuacua talia officia. Seceſſeris) vacuus eris a curis vrbanis.

Frigidum.

Frigidis) inutilibus. Fabius frigidum inane vocat & momentarium. Laurentino) rure. quod Laurens etiam appellari poſſe libro ſequẽti indicat, vbi totum graphice deſcribitur. Corpori vaco) curo corpus. Fulturis) adminiculis. tũc enim animus maxime intenditur, & vires ſuas operatur, cum nullo dolore corpus vexatur. Auſonius, Ampliat ætatis ſpatium ſibi vir bon⁹, hoc eſt Viuere & his vita poſſe priore frui. Siniſtris) maledicis, iniquis.

Iuquietor.

Inquietor) rarum inuẽtu verbum apud antiquos, quo tamẽ Cyprianus frequẽter vtitur. O rectam) alij legunt o regiã. i. fœlicem: quia reges putantur fœlices: verum priorem lectionem probo. Ocium) ſtudium literariũ. Negocio) opere.

Muſeum.

μουσεῖον) eſt autem muſęum muſarum locus, qualis bibliotheca: nam Athenęus teſtatur Ptolomæi, Philadelphi bibliothecam vocatam muſeum: & Strabo in deſcriptione Alexandriæ, Pars inquit regiarum eſt muſeum, quod ambulacrum habet & exedram & maximam domum, in qua cœnaculum eſt eorum qui muſeo participant, hominum circa diſciplinas verſantium. hic conuentus communes pecunias habet: & ſacerdotem, qui muſeo præeſt: olim a regibus, deinde a Cæſare conſtitutum, & alterum veteri muſeo aſtructum ſub Claudij nomine. eius hiſtoriarũ cauſam tradit Suetonius: inſtitutumq;, vt quotannis in altero Cyrenicon libri, altero Carchedoniacon diebus ſtatutis velut in auditorio recitarẽtur toti, a ſingulis per vices. Libanius in monodia, Nicomediæ ædificiorum ruinam deplorans. Vbi inquit fora, vbi muſea, vbi templa? Lucianus in ſympoſio, multorum virorum ſapientium conuiuium, aſſerit eſſe muſeum. Ad hęc ſcribit Athenęus, muſeum græciæ, vrbem Athenarum fuiſſe, magis ad diſciplinam doctrinamq;, q̃ ad ædificia reſpiciens: quanq̃ Pauſanias libro primo referat Demetrium Antigoni filium muro cinxiſſe Athenarum vrbem, muſeumq; appellatũ quod erat intra antiquum ambitum e regione arcis, vbi dicũt Muſeum ceciniſſe, & in ſenectute mortuum ibi extructo monumento ſepultum. Plinius ſenior, Muſea inquit in ædificijs vocant dependentia ad imaginem ſpecus arte reddendam. Inuenitis) datis facultatem inueniendi. Dictatis) ſuggeritis. ſenſus eſt, multa per vos excogito & repono.

Proinde.

Proinde) quare, alibi pręterea. Iſtum) vrbanum. Inanem diſcurſum) excurſionem vanã, ſine fructu, quæ fit in vita vrbica. diſcurſionem eſſe vitam vrbicam dixit Seneca: & Martialis diſcurſus varios. Ocio) quieti.

Attilius Creſcens.

Attilius noſter) plures extitiſſe Attilios eo tempore lego: Plinius duos nominat, Spartianus totidem, Tacitus tris. dubitari forſitan poſſet quem Secundus monſtraſſet, niſi ad Priſcũ ſcribens diceret, Noſti Attilij Creſcentis facetias, inibiq; multis neceſſitudinem cum illo arctam teſtatur.

Facetum.

Facetus.

Facetiſſime) facetum non tantum circa ridicula opinor conſiſtere: neq; enim diceret Horatius facetum Virgilio genus natura conceſſum. decoris hanc magis & excultæ cuiuſdam elegantię appellationem puto: ideoq; in epiſtolis M. Tullius hæc Bruti verba refert, Ne vlli ſint pedes faceti. ac delitijs ingredienti mollius. Et quidam Facetum dictum arbitrantur eum qui facit verbis quod vult. M. Cicero de perfecto oratore, dicacem acrioris ingenij eſſe vult, facetum maioris artis. habent autem facetiæ in narrando vim maximam. Ocioſum eſſe) quieſcere, vacare ab officijs, vel eſſe in ocio litterario. quod honeſtum iucundũ & fructuoſum eſt. Quàm nihil agere) q̃ multis rebus inanibus implicari. In eundem ſenſum Mart. in Attalum, Et non eſt quod agas, Attale ſemper agis. Nam ſecundum Senecam qui futilia facit, nihil agit.

SIquando) Duo intendit in hac epiſtola Secundus, Euphratem philoſophum laudare a doctrina & hu-
manitate: & Atrio Clementi perſuadere, vt q̄primum in vrbem veniat, ſeq; Euphratis pręceptis expolien
dum tradat. Eſt inſuper neſcio quod tertium, vbi conqueritur non licere ſibi occupatiſſimo circa quęſtu-
ram ærarij eadem facere. Clementes pene innumeros ex diuerſis authoribus colligo floruiſſe Secundi tē-
poribus: ſed hunc Atrium Clementem, ad quem alibi ſcripſit ex teſtimonio Mart. opinor fuiſſe Patauinum: a
quo vxor eius Ateſtina Sabina pro docta epigrammate celebratur. Quando) vllo tempore. Liberalibus

Argumētū.

Atrius Clemens.

ſtudijs.) ſcientijs & diſciplinis,
quas vocant liberales, q̄ homi-
ne libero dignæ ſunt. cęterū Se-
neca ſolam philoſophiam ſen-
tit eſſe liberalem diſciplinam, q̄
liberum facit hominem, hoc eſt
ſapientem, ſublimem, fortē, ma
gnanimū: cętera puſilla, ac pue-
rilia. Vlpianus titulo de varijs &
extraordinarijs cognitionibus,
liberales artes appellat rhetori-
cam, grammaticam, geometriā,
medicinā, iuriſperitiam. Nūc.)
ſub Traiano. cum ſtudia prope
extincta refouerentur. Clara)
virorum clarorū vt Taciti, Iuue
nalis, Silij, Mart. Saturnini, Vo-
conij, Tranquilli. Vnum) exē-
plū vnius viri doctiſſimi, qualis
Euphrates eſt, qui Dinone pa-
tre genit⁹ (q̄q̄ pro Euphrate a-
pud Lucianū Eutrates mendo-
ſe legatur) Stoicam ſectā pro-

Liberales diſciplinę.

Euphrates phil.

## C. PLINIVS ATRIO CLEMENTI SVO S.

SIquādo vrbs noſtra liberalibus ſtudiis floruit, nūc maxime floret. multa, claraq; exēpla ſunt. ſuffecerit vnum Euphrates philoſophus. Hunc ego in Syria, cū adoleſcentulus militarem, penitus, & domi inſpexi, amariq; ab eo laboraui, & ſi non erat laborandum. Eſt enim obuius, & expoſitus, plenuſq; humanitate, quam præcipit. Atq; vtinam ſic ipſe, quam ſpem tunc de me cōcepit, impleuerim, vt ille multum virtutibus ſuis addidit. At ego nunc illas miror, quia magis intelligo: q̄q̄ ne nunc quidē ſatis intelligo. Vt enim de pictore, ſculptore, fictore, niſi artifex iudicare: ita niſi ſapiēs nō pōt pſpicere ſapiētē. Quātū mihi tamē cernere dat̄, multa in Euphrate ſic eminēt & elucēt, vt mediocriter quoq; doctos aduertāt, &

feſſus Veſpaſianum ab imperio deterrere conatus eſt, ſub quo vſq; ad Adrianum vixit, cōparatis maximis di-
uitijs contra profeſſionem ſuam. nam vt omittamus Apollonium Tyaneum, multis illum immodicū merca-
torem, & arrogantem increpātem: Philoſtratus tradit comparaſſe ſibi diuitiarum fontes: iam enim inter fœne
ratorum menſas nūcupabatur caupo quæſtuarius, fœnerator, publicanus, numularius, ad omnia venalia ſe cō
uertens, foribus potentiorū magis affixus, q̄ ianitores: voluntaria morte exceſſit e vita. veniā dederat ei Adria
nus citra ignominiam & infamiā, vt cicutā, ſenectute & morbo ingraueſcēte, bibere poſſet. Hoc refert Dion.
Militarē) tribunus militum eſſem. In Syria) vbi etiam Arthemidotum philoſophum arcta familiaritate cō
plexus eſt. Syria late littora tenet terraſq;, etiam latius introrſus alijs alijſq; nūcupata nominibus: nā & Cœle
dicebatur, & Meſopotamia, & Damaſcena, & Adiabena, & Babylonia, & Iudæa, & Sophate, eadē fere Pli-
nius ex Aſia Pomponij mutuatus. Strabo ita determinat, Syria ſ:ptētrionem verſus Cilicia & Amano termi
natur: a mari ad Euphratis pontem, ſtadia interſunt ab Iſſico ſinu vſq; ad pontem, qui eſt iuxta Comagenam
dictum latus terminantia nō pauciora quadringentis: orientē verſus terminatur Euphrate, & Arabibus Schæ
nitis, qui cis Euphratem ſunt: auſtrum verſus fœlici Arabia, & Aegypto: occidentem verſus, Aegyptio pela-
go Iſſicum vſq;. Homerū Syrium inſulā Syriam appellaſſe idem libro decimo protulit. Penitus) circa omnia
eius ſtudia. Domi) familiarius. Obuius) paratus: qui ſe vltro offert, quod ſignum eſt maximę humanitatis.
Humanitate) quæ vetat ſuperbum eſſe aduerſus ſocios: vetat auarum verbis, rebus, affectibus, cōmunem ſe
facilemq; oībus præſtat: nullum alienū putat: bonū autem ſuū ideo maxime, q̄ alicui bonum eſt, amat: & prę-
ter hæc quæ recitātur a Seneca. Plato humanitatē triplicē inducit: aliā quippe per ſalutationē fieri, vt cū forte
obuium quemlibet humane quis ſalutat, & dextram porrigens comiter excipit: aliam, cum in caſus varios erū
naſq; iactato, quis opem clementer impēdit: tertiā, qua cœnas, & conuiuia inter ſe homines celebrant. aut igit
ſalutationis officio, aut ope aut auxilio, aut conuiuio, frequētiq; cōgreſſu, cōſtare humanitatem. at Gellius hu
manitatē nō eſſe putat amorem erga homines, quē φιλανθρωπίαν Græci vocāt, & ſi ſignificet dexteritatē quā-
dam beneuolentiamq; erga omnes homines promiſcuam, ſed humanitatē, quam ijdem Gręci παιδείαν vocāt,
nos eruditionem, inſtitutionemq; in bonas artes dicimus: quas qui ſynceriter cupiūt, appetuntq;, ij ſunt vel ma
xime humaniſſimi: quam videtur Cic. pro Archia ijs verbis expreſſiſſe, Etenim omnes artes quę ad humanita
tem pertinent, habent quoddā cōmune vinculū, & quaſi cognatione quadā inter ſe cōtinētur. Pręcipit) do-
cet: philpſophorum enim dogmata dicuntur. Atq; vtinā) ſenſus eſt. Euphrates tunc de me bene ſperabat,
ſed vtinā tantū poſtea profeciſſem, vt ille ſuas virtutes ſublimiores reddidit. Nūc) iam vir & prudētior eſſe
ctus, q̄q̄ hoc addidit vt vitaret arrogantiā: vbiq; enim minuit facultatem ſuam. Pictore) nō iniucundū fuerit
referre hoc loco, Apellem pictorē perfecta opera proponere ſolitum tranſeuntib⁹, atq; poſt ipſam tabulam
latentem iudicium vulgi experiri: feruntq; a ſutore notatū, q̄ in crepidis pauciores anſas vna intus feciſſet: eo-
dem poſtero die ſuperbe emendationem priſtinę annotationis cauillante circa crus, indignatum Apellē de-
nunciaſſe, Ne ſupra trepidā ſutor iudicaret. quod & ipſum in prouerbiū venit, quo admonemur, ne ſupra no
ſtram artem iudicemus. & conuenit cum Cęcilio ne. ſ. iudicemus rem, quā non nouimus. Sculptore) marmo
rario, ſtatuario, & qui pocula facit, ἀναγλύφα. quanq̄ ſint qui diſtinguant, vt ſculptor ſit qui ſcalpello ſtatuas
effingit: ſtatuarius, qui alio modo: quia apud Plinium caput ſit de ſculptoribus, item de ſtatuarijs. Fictore)
qui & figulus dicitur, ex creta & argilla vaſa componens. Multa) laudanda. Aduertant) admoneant, alli-

Syria.

Humanitas

φιλανθρωπία

παιδεία.

Sculptor Statuarius.

Fictor.

Platonica oratio. ciant,ſe cognoſcenda præſtent etiam mediocri doctrina viris. Afficiãt) delectent. Platonicam ſublimitatẽ & latitudinem) de qua ſic loq ur Fabius,Quis dubitet Platonem eſſe præcipuũ ſiue acumine diſſerendi,ſiue eloquẽdi,facultate diuina quadam & Homericæ: multum enim ſupra proſam orationem, quã pedeſtrẽ græ-ci vocant,ſurgit:vt mihi nõ hominis ingenio,ſed delphico videatur oraculo inſtinctus. Diuinũ appellat Col lumella.& Diogenes platonicæ orationis geminum ſtylum,ſed vtrũq; ſummũ tradit. Subtiliter) refertur ad argumenta. Grauiter) ad ſententias. Ornate) ad eloquium. Latitudinem) Vbertatem,amplam facundiã:

afficiant. Diſputat ſubtiliter, grauiter, ornate. frequenter etiam Platonicam illam ſublimitatem & latitudinem effin-git,Sermo eſt copioſus,& varius:dulcis in primis,& qui re-pugnantes quoq; ducat & impellat.Ad hoc proceritas cor-poris,& decora facies,demiſſus capillus,ingens & cana bar-ba:quę licet fortuita & inania putentur, illi tamen plurimũ venerationis acquirunt.Nullus horror in vultu,nulla tri-ſtitia: multum ſeueritatis, reuerearis vt occurſum non re-formides. Vitę ſanctitas ſumma, comitas par.Inſectatur vi-tia,non homines.Nec caſtigat errãteis,ſed emendat.Sequa-ris monentem attentus,& pendens: & perſuaderi tibi, etiã cũ perſuaſerit,cupias. Iam vero liberi tres,duo mares,quos diligentiſſime inſtituit.Socer Pompeius Iulianus cum cęte-ra vita, tum vel hoc vno magnus & clarus , ꝙ ipſe prouin-cię princeps hunc inter altiſſimas conditiones generum nõ honoribus principem,ſed ſapiẽtia elegit. Q̃ꝗ quid ego plu-ra de viro, quo mihi frui non licet! An,vt magis angar, ꝙ

Plato q̃re. reſpexit ad nomẽ. nam quidam aiunt fuiſſe exercitatũ apud Ari ſtonem palęſtritã, a quo Plato-nem ꝓ egregio corporis habitu cognominatũ, cũ prius Ariſto-des ex aui nomine vocatus eſſet. Sunt qui ob orationis vbertatẽ, & mirã latitudinẽ, ſic appellatũ putent: ſiue ꝗ ampla fuerit fron te,vt Neãthes,authore Laertio ſcribit. Effingit) exprimit, re-pręſentat. Varius) de rebus di uerſis : ſic enim declinatur faſti-dium. Dulcis) lenis,mitis. dul-cedo orationis maxime audien tes delectat. Repugnantes) vi-tio laborãtes,diſſentientes. Du cat) perſuadeat, attrahat. Ad hęc pręterea accedit illi) poſt a-nimi bona,enumerat etiã corpo ris & fortunæ. Demiſſus) pla-nus, quod eſt indiciũ facilis inge niꝗ ſecundũ philoſophos. In-gens & cana barba) Appollo-nius Tyaneus in epiſtolis quas ſcripſit aduerſus Euphratem, inquit, Baculus erat tibi tunc, & barba cana, & ingens,præter hæc nihil. Fortuita) fortunę bona:quæ ſtoici negligunt,putantq; verã fœlicitatẽ in ſola virtu te cõſiſtere. Acquirunt) aſtruunt. Vultu) legitur etiam in cultu:pulchritudo corporis,donũ dei ſecundum Hom.glorioſiſſimũ eſt. Triſtitia & ſeueritas vicinæ ſunt res:ſed hæc datur laudi,illa vitio. Seuerũ appellant grãmatici a ſequẽda veritate. Reuerearis) ita Euphraten veneraberis,vt non timeas illi occurrere. Vitę ſan ctitas) integer vitæ ſceleriſq; purus.Sanctitas & ſanctimonia pariter latine dicũtur:nam & illo Fabius,& hoc M.Cic.vſus eſt verbo.ſed Sanctitudo vocabulũ Apuleianũ neſcio quid maioris dignitatis eſt. Sanctũ inter-dum qđ ſacrũ,& religioſum:interdũ incorruptũ.cui ſentẽtię videtur accedere Martianus primo.ff.Sanctũ,in-quit,eſt quod ab iniuria hominũ defenſum eſt,atq; munitũ:dictum autẽ a ſagmine quadã hęrba,quam legati Romanorum ferre ſolebãt,nequis eos violaret.Aggenus vrbicus,Sanctũ eſt plerunq;,vt incorruptũ,& a ſan ciẽdo ſanctũ dicitur.& Vlpianus,Sancta proprie dicimus,quæ nec ſacra,nec prophana ſunt,ſanctione enim quadã confirmata,vt leges ſanctæ ſunt ſanctione quadã ſubnixe:quod enim ſanctione quadam ſubnixũ eſt, id ſanctũ eſt:& ſi deo nõ ſit conſecratũ.& Donatus, Sanctũ dixit eſſe, quod eſt omni obſeruatione inuiola-tum. Par comitas) ſumma facilitas. Inſectatur vitia non homines) taxat vitia,non vitioſos:parcit enim no-mini malorum: in quam ſententiam ſcripſit de ſuis libellis ad Numatium Martialis,Hũc ſeruare modum no-ſtri nouere libelli,Parcere perſonis,dicere de vitiꝗs,& Lucianus,Demonactem dicit reprehendere vitia, pec-cantibus veniã dare,more boni medici,qui curat morbos,neq; iraſcitur ęgris. Nec caſtigat) minis & verberi bus. Emẽdat) corrigit verbis blandis. Sequaris) neceſſe ſequaris.modus dicẽdi gratior & cõpendioſior. Pendens) ſuſpenſus,expectans etiã poſtq̃ dixerit.Ouidius,Narrantis coniunx pendet ab ore viri. Perſuade-ri ) altius dicẽdo progredi,& amplius ſatisfacere:tãta erat orationis ſuauitas in eo. Iam) præterea. Liberi tres) ſunt illi tres filiꝗ:Liberi pro filiꝗs,ſecundũ Caium,ſemper proferuntur numero plurium:liberorũ appella tione.etiam fœminæ intelliguntur,authores ſunt iuriſconſulti:& ſequẽtia indicãt,cũ poſt liberos tres,ſubdide rit duos mares & fœminã:quinimmo,referẽte Caliſtrato,nepotes & pronepotes cæteriq; qui ex his deſcen-dunt,cõtinẽtur:hos enim omnes liberorũ appellatione lex.xiꝗ.tabularũ cõprehendit. Duos mares) ſubaudi & tertiam fœminã.Lucianus in dialogo,qui inſcribit philopſeudes,memorat Euphratẽ habuiſſe filios duos: quorum alter iuuenis Mnaſon,& minor Euphratides nomine quindecim annis natus in palæſtra ſe exerce-bant,eorũq; matrem nomine Demaneten tunc mortuã viſam ab Euphrate,dum libellum Platonis de anima legeret. Inſtituit) docet, format.hinc inſtitutiones,primę inductiones ad bonos mores & diſciplinas:vt Fa biꝗ,& Iuſtiniani. Socer) Euphratis. Pompeius Iulianus) extant in.ff.frequentiſſime reſponſa Iuliani iuriſ-conſulti celeberrimi. Cætera vita) qui in cætera vita ſua vir clarus extitit:ſed in hac re præcipue,ꝙ cum eſſet inter Syros authoritate & opibus princeps,elegit ſibi generum Euphraten,nõ dignitate,ſed ſapiẽtia illuſtrẽ. Prouinciæ) Syriæ. Altiſſimas cõditiones) diuitias,nobilitatẽ,honores,quibus Iulian⁹ excellebat: an quod magis placet,cum eſſent multi & natalibus,& opibus,ac cęteris fortunæ bonis pręſtãtes,qui nuptias filię pe-terent. Plura) ſcribã. Viro) Euphrate. Quo frui non licet.) Propter occupationes publicas. An) plu-ra dicam. Magis angar) magis crucier cum ſæpius illius quo frui non licet,mẽtionem faciam. Diſtringor) occupor. Officio) præfectura ærariꝗ:in qua collegam habuit Cornutum Tertullũ. Vt maximo ſic mole-

Marginal notes: Seuerum. Sanctitas. Sctimonia. Sanctitudo Sanctum. Inſtituere & Inſtitu-tiones. Pompeius. Iulianus.

ſtiſſimo) eadē repetit in fine orationis panegyricę, Nōdum, inq̄t, biēnium cōpleueramꝰ in officio laborioſſi- mo & maximo, Præfecti ærario, & ante hos Quæſtores, Prætores, Tribuni (ſic em̄ inuenio mutata noīa præ- Præfecti fectorū ęrario) pecunias quoquo expēſas & acceptas ī tabulas publicas reponebāt: nā inter cętera legatis ſum- ærario ptū dabāt, & quæ ad rēpub. ſpectare videbant̄, diſtrahebāt. Pro tribunali) in ſuggeſtu. Tribunal eſt vbi iudex Tribunal ſedet populo ius dicturꝰ ꝓ tabulatis excreſcentibus Plinius ſenior vtit̄. Fabius notat eos q̄ tribunale q̄ tribu- nal malūt dicere. Libellos) quos vulgo ſupplicationes appellamꝰ: quare ſupplices, & querulos interdū Mart. Libelli vocat. Secūdꝰ ꝓ accuſationibus alibi poſuit, & Vlpianꝰ ꝓ denū ciatiōe, fere ī idē cōcurrēte Apu leio, q̄ tn̄ in aſino ſuo pro forma prçconij vſus eſt. Fabiꝰ etiā fieri libellos breui annotatione me- morię cauſa teſtat̄: at Libella fa- brorū & agri diuiſorū eſt inſtru mentū. Subnoto) ſubſcribo, cō firmo. Tabulas) in qbꝰ ratiōes Libella ęrarij reponebāt: q̄q̄ legeri apud tabulæ pu

**nō licet! Nā diſtringor officio, vt maximo, ſic moleſtiſſimo. Sedeo pro tribunali, ſubnoto libellos, cōficio tabulas, ſcri- bo plurimas, ſed illiteratiſſimas lr̄as. Soleo nōnunq̄ (nā id- ipſum aliquādo contingit) de his occupationibꝰ apud Eu- phratē queri. Ille me cōſolatur. affirmat etiā eſſe hāc philo- ſophiæ, & quidē pulcherrimā partē, agere negociū publi- cū, cognoſcere, iudicare, promere, & exercere iuſtitiā, quæq;**

AMabã Pompeiũ Saturninum, hunc dico noſtrũ: laudabãq́ꝫ eius ingeniũ, etiã anteq̃ ſcirē q̃ varium, q̃ flexibile, q̃ multiplex eſſet: nunc vero totum me tenet, habet, poſſidet. audiui cauſas agentem acriter & ardenter, nec minus polite, & ornate ſiue meditata, ſiue ſubita proferret. Adſunt aptæ, crebræq́ꝫ ſententiæ, grauis & decora conſtructio, ſonantia verba & antiqua. Omnia hæc mire placent, cum impetu quodam, & fulmine præuehuntur: placent ſi retractentur. Senties quod ego, cum orationes eius in manus ſumpſeris, quas facile cuilibet veterum, quorum eſt æmulus, comparabis. Idem tamen in hiſtoria tibi magis ſatisfaciet vel breuitate, vel luce, vel ſuauitate, vel ſplendore, etiã ſublimitate narrandi. Nam in concionibus eadē quę in orationibus vis eſt: preſſior tamē, & circũſcriptior, &

Cauſas agentem) fuit enim cauſidicus ſummus. Acriter) cum acrimonia & vehementia, quæ potiſſimum conuenit iudicialibus cauſis. Ardenter) cum calore, & incitatione corporis, vt ſolet fieri in contentione. Polite) eloquenter. Meditata) lucubratam orationem proferret. Subita) ex tempore ageret. Apte) Conuenienter materię. Legitur etiã acute. Crebręq́ꝫ ſententiæ) ſententia varie apud oratores accipitur. cum. ſ. ex ſcripto & ſententia naſcitur controuerſia, vbi videtur ſcriptoris voluntas cũ ſcripto diſſentire: de qua ſane nō loquitur Cęcilius, ſicut nec de qua Fabius. Sententia eſt decretum quoddã atq́ꝫ præceptum quod de reo, id eſt de iudicio quęri poteſt. Sunt & ſententiæ translatiuę quas proprie ſententias dicimus, quę nihil habent cum ipſa controuerſia implicitum, ſed ſatis apte alio transferuntur, ſi Senecę credimus, tanquam de fortuna, de crudelitate, de ſeculo, de delicijs dicuntur. Hoc genus ſententiarum Porcius Latro ſupellectilem vocabat, & Marcus Tullius. Sentenia inquit eſt oratio ſumpta de vita, quæ aut quid ſit, aut quid eſſe oporteat in vita, breuiter oſtēdit, hoc modo, Liber is eſt exiſtimandus, qui nulli turpitudini ſeruit. De Perfecto Oratore, Nihil eſt aliud pulchre & oratorie dicere, niſi optimis ſententijs verbiſq́ꝫ lectiſſimis dicere. Et nec ſententia vlla eſt quæ fructum oratori ferat, niſi apte expoſita atq́ꝫ abſolute. Has igitur Secundus intellexit, ſed cum dicit crebræ, a præceptis Ciceronis diſceſſit, qui in Rhetoricis iubet ſententias interponi raro, vt rei actores, non viuendi præceptores videamur eſſe. Grauis) plena, non fluxa, non vulgaris: comparatur hoc maxime per accuſatiuos. Decora) ſplēdida apta rebus grauibus: eſt enim componendum quomodo pronunciandum: nam compoſitione velut amentis quibuſdam neruiſue intendi, & concitari ſententiæ videntur, ideo eruditiſſimo cuique perſuaſum eſt valere eam quamplurimum, non ad delectationem modo, ſed etiam ad motum animorum. Conſtructio) compoſitio, ordo verborum: nam ſunt verba verbis quaſi coagmentanda. Sonantia verba & antiqua) In oratore debent eſſe verba propria, ſonantia, antiqua, non inſolentia, non ſordida, non audacius translata, non poetica licentia ſumpta, non inaudita. Antiqua) latina, non peregrina. neque tamen obſoleta vetuſtate. in verbis intuenda eſt elocutio, in rebus inuentio, in vtraque collocatio. Flumine) Magis placet fulmine ex antiquo codice. ad hæc paulo poſt Periclem laudat oratorem, quòd fulguraret, tonaret, totamque Græciam conuolueret, quanquam non inconuenienter legitur flumine, id eſt copia propter ſequentia, tanquam ex tempore diceret copioſe & ardenter. Si retractentur) ſi ſuperuacua amputentur, ſi meditata proferantur, ſi ab illo impetu retardentur. Senties quod ego) eris eius ſententiæ, cuius ſum ego de orationibus Saturnini. Aemulus) par in dicendo. antiquarius ſine vitio, quorum imitatur ſtilum. In hiſtoria) ſcribenda. Magis) quàm in orationibus. Breuitate) hiſtoria Victorino pręcipiente breuis eſſe debet, quod quidem Tacitus obſeruauit, niſi electa & ad exemplum pertinentia tradens. Luce) vt ſit apta, ſit autem lucida ſi cauſas ob quas mirabilia pręterque opinionem publicam opera perfecta ſunt explicuerimus. Suauitate) quæ fit ſi verbis liberioribus & remotioribus figuris narrandi tedium vitabimus, ſuauitatem magis q̃ dulcedinem commendat Macrobius. nam omne quod dulce eſt, cito ſatiare, nec diuturnam deſiderij ſui fidem tenere, ſed in locum ſatietatis ſuccedere horrorem, vinum cum infantia eſſe dulce, cum pubertate ſuaue, vnde Homerus mel dulce & vinum ſuaue vocat. Hanc igitur ſuauitatem pertinere ad hiſtoricum confirmat M. Tullius, Xenophontis ore muſas eſſe locutas exiſtimans. Splendore) elegantia. & Fabius in Liuio iucunditatem & candorem probat. Narrandi ſublimitate) præſtantia. elatum enim abunde ſpiritum, ac audaces ſententias miratur in Tacito, ſicut bellicum canorem in Thucydide Cicero. Concionibus) quibus vtuntur hiſtorici. Concio autem idem ſignificat, q̄d apd̄ Græ

Sententiæ.
Antiqua & ſonãtia verba.
Hiſtoria q̃lis eſſe debeat.
Suaue

adductior. Præterea facit verſus,quales Catullus meus aut Caluus.Quãtũ illis leporis,dulcedinis ,amaritudinis , amoris inſerit:ſane ſed data opera molliuſculos leuiuſculosq;, duriuſculos quoſdã: & hoc,quaſi Catullus meꝰ aut Caluꝰ. Legit mihi nuper epiſtolas quas vxoris eſſe dicebat. Plautũ vel Terentiũ metro ſolutum legi credidi . Quæ ſiue vxoris ſunt(vt affirmat)ſiue ipſiꝰ,vt negat,pari gloria dignꝰ: qui aut illa cõponat,aut vxorẽ quã virginẽ accepit,tam doctã, politãq; reddiderit. Eſt ergo mecũ per diẽ totum,eundẽ anteq̃ ſcribam:eundem cum ſcripſi,eundẽ etiam cũ remittor: non tanq̃ eũdem lego. Quod te quoq; vt facias,& hortor, & moneo:neq; eñ debet operibꝰ eius obeſſe,ꝙ viuit. An ſi inter eos,quos nunq̃ vidimus floruiſſet , non ſolum libros eius,verũ etiã imagines cõquireremus,eiuſdẽ nunc honor preſentis,& gratia quaſi ſacietate lãgueſcet? At hoc prauũ malignũq; eſt,non admirari hominẽ admiratione digniſſimũ, quia videre,alloqui,audire,complecti:nec laudare tãtum,verũ etiam amare contingit. Vale.

cos ἀγορὰ.locus eſt in quẽ populus cõuenit ad audiendũ,ipſa multitudinis cõgregatio & oratio,ſtilus inquit eſt in concionibus par orationibus. Preſſior) demiſſior , ſtrictior vt poſcit locus. Circumſcriptior) breuior.
Catullus
Adductior) compendioſior.non enim latius euagatur,neq; digreſſionibus gaudet. Catullus meus)ſcio in aliquibus exemplaribus non legi meus, ſed ſane legatur & dicamus meum vocaſſe, ꝙ eius hendecaſyllabo caperetur:an ſicut paulo ante Brixiam ſuam appellauit,tanquam in regione Tranſpadana in qua Comũ:ſic Catullum ſuũ ꝙ patriam Veronam habeat,ſic Plinium anunculum Catullum ſuum conterraneum appellaſſe. In eo laudatur maxime ſuauis literarum appellatio . Fuit enim potarum mundiſſimus & elegantiſſimus , plurimũ leporis & gratiæ ſcribẽdo adeptus. Caluus)
C.Licinius Caluus.
C.Licinius Caluus,qui in adoleſcentia exceſſit eruditior Curione, tum etiam accuratiꝰ quoddam dicendi & exquiſitius attulit genus: quod quanq̃ ſciẽter eleganterq; tractabat,nimium tamẽ inquirens in ſe, atq; ipſe ſeſe obſeruans , metuensq; ne vitioſum colligeret,etiam verum ſanguinẽ deperdit : atq; eius oratio nimia religione attenuata , doctis & attente audientibus erat illuſtris: a multitudine autem & a foro, cui nata eloquẽtia eſt, deuorabatur. Et præter Ciceronis verba Tacitus de Caluo loquens,Quid opꝰ inquit eſſet oratori intellexit, ſed ingenium & vires ei defuerunt: in dicendo nimium aſtrictus : & M. Tullio in Epiſtolis viſus eſt tenuis,& exanguis.cũ quo tradit eum Seneca habuiſſe iniquiſſimã litem de principatu eloquẽtię. quare Fabius memorat,Inueni qui Caluũ præferrẽt oĩbus oratoribus,& inueni qui contra crederent,eũ nimia contra ſe calumnia verũ ſanguinẽ perdidiſſe. Sed eſt & ſancta & grauis oratio & caſtigata & frequenter vehemens quoq;. Imitator aũt eſt Atticorũ. Compoſitionẽ eius in actionibus ad exemplũ Demoſthenis rigere,nihil in illa placidum,nihil lene,omnia excitata,& fluctuantia,vſq; eo violẽtus accuſator,& concitatus fuit,vt in media actione eius ſurgeret Vatinius reus,& exclamaret, Rogo vos iudices,nunquid ſi iſte diſertus eſt,ideo me damnari oportet? Viſa in quiete venerea ſponte naturæ erumpentia vſq; in morbi genus laminis plumbeis cohibuiſſe traditur, viresq; corporis ſtudiorum labore cuſtodiſſe.auctor Plin. Luſiſſe epigrammata, multi teſtantur præter vnum & viginti orationum libros.Tranquillus in Cęſarem notiſſimos verſus emiſiſſe,Bithynia quicquid & pędicator Cæſaris vnq̃ habuit . & Pedianus ſcripſiſſe hendecaſyllabum elegantiſſime in Curium notiſſimum aleatorem. & Ouid'us illis verſibus, Par fuit exigui ſimilisq; licentia Calui , Detexit varijs qui ſua furta modis. Ipſe præterea Secundus libro quinto & Catullus Calui facetias & iocos carmine perſequitur.Quintiliam amicam ex teſtimonio Propertij adamauit.
Bibaculus
Memini etiam legere Bibaculum pro Caluo in quibuſdam codicibus, quem ſcimus Iamborũ acerbum poetam fuiſſe. Leporis)gratiæ,venuſtatis. Amaritudinis)notando vitia,& infœlices caſus ſcribendo. Inſerit illis)variat ſuos verſiculos diſtinctione multarũ rerum. Data opera)ſpõte,ex induſtria:non caſu,& natura cogente. Molliuſculos)amabiliores. Leuiuſculos)Ludit de re ludicra & inani,vt ſit ſenſus, quoſdã verſus facit laſciuiores,nonnullos minoris ſucci,alios aſperiores, ſicut Catullus &
Catullus durior.
Caluus ſuos libellos variarũt,quã ſententiã videtur Martialis hoc diſticho cõprobaſſe,Sunt,bona,ſunt quædã mediocria,ſunt mala plura,Quæ legis hic aliter non fit auite liber. Duriuſculos quoſdã) verſus facit. Quaſi Catullus)ad imitationẽ Catulli,quẽ Plin.in pręf.Natur.hiſt.aſſerit cõpoſuiſſe verſus duriuſculos,q̃ natura carminis pateretur in primo hendecaſyllabi pede iambo vſus.Ille eñ,inquit,vt ſcis,permultis prioribꝰ ſyllabis duriuſculum ſe fecit,q̃ volebat exiſtimari a Verannijs & Fabullis. Verum Terentianus teſtatur iambum & trochęum in primo hendecaſyllabi pede recte poni.vel quia in Catullo non ſemper carmen bene fluit. Noſtri tamen
Metrũ ſoluere
hic Secundum reprehendunt,ꝙ duriuſculos verſus notet illum ſcripſiſſe,contenduntq; molles eſſe , quod nos non negamus ſubinde,pręſertim in rebus,interdum tamen & in verbis. Vxoris)ſuæ. Metro ſolutum)ſi redigantur in proſam,& legibus metri liberentur,plautinas vel terentianas crederẽ.nam ſolui metrũ dicitur quando redigitur in oratiouem pedeſtrem. an ꝙ hi duo comici Priſciano & Rufino auctoribus in effuſum licentiæ ſpatium dilatauere metrũ.& Terentius vſq; ad imaginẽ proſæ orationis reſoluerit & comminuerit. Videtur autem imitatio Tulliana,apud quem ſcriptum de Oratore perfecto eſt, Equidem cum audio ſocrum meam Læ
Politus & politio.
liam,ſic auidio vt Plautum mihi aut Næuium videar audire. Illa)tam admiranda. Politam)limatam,perfectam. omnes enim perfectiones antiqui politiones dicebant. Eſt mecum)Semper Saturnini ſcripta in manibus teneo. Remittor)recreor, Non tanq̃ eundem)ſemper enim aliquid noui in illo inuenio,ita vernantibus eloqi floſculis. Neq; enim)non debet minus laudari ꝙ viuus eſt. Quod viuit) nã viuẽtes ſcriptores comitatur inuidia.Mart.Eſſe quid hoc dicã viuis quod fama negatur? Et ſua quod rarus tẽpora lector amat? Hi ſunt inuidię nimirũ Regule mores Pręferat antiquos ſemꝑ vt illa nouis. Quos nunq̃ vidimꝰ)qui ante ætatem

noſtrã fuerũt. Imagines) picturas ſimiles viuẽti Saturnino. ſcriptorũ ẽm imagĩes inuẽtore Aſinio Polliõe ſolebãt in bibliothecis locare, & q̃ nõ erãt fingebãt, pariebãtq; deſideria traditi vult⁹, q̃ maius nullũ erat fœlicitatis ſpecimẽ, q̃ ſemp oẽs ſcire cupere qualis fuerit aliqs. Hæc Pli. At M. Tulli⁹ de pfecto oratore teſtaẽ Brutũ imaginẽ Demoſthenis ex ære inter ſuas & ſuorũ coluiſſe. Præſentis) viuentis. Lãgueſcit) decreſcit, vilet, euaneſcit.

Imagines ſcriptorum

EST adhuc) Varia exemplaria diuerſimode ad quẽ ſcripta ſit epiſtola oſtendunt: quędã Icciano: alia Riciano: nonnulla Cithiano: nonnulla Titiano: magis ap,pbo Titiano miſſam, cuius nominis crebra ſit mẽtio ab hiſtoricis, qui res illorũ tẽporũ monumẽtis mandarũt: vt omittam Tacitum & Tranquillũ, Lucianus & Spartianus Titianĩ meminere. nam Atilium Titianum vt conſcium tyrannidis Adrianus, & argui paſſus eſt, & proſcribi: quem olim præfectum & tutorem ſuum, cum potentiã eius ferre nõ poſſet, niſus eſt obtruncare, ſed reuocatus inuidia quatuor Conſularium occiſorũ a ſe, coactum ſucceſſorem petere magiſtratu priuauit: is poſtea ſub Antonino Pio Senatu puniẽte tyrannidis affectatæ reus concidit. ad eundem lib. viij. ſcribit Cæcilius. Hic vero commendat Titinninm Capitonem ꝙ conſenſu Imperatoris L. Syllano ſtatuam poſuerit & clarorum virorum imagines domi haberet. Titinij Capitõis bis factã memoriam apud Plin. inuenies, & Lactantius rerũ diuinarũ tradit Titiniũ Capitonem ſcripſiſſe ſpectaculorũ libros. alibi ẽm Plin. Minutiano ſcribens plurimũ Titiniũ Capitonẽ cõmendat, ꝙ ſtudioſos amaret, foueret, ſtudia coleret, ,pueheret, ipſas deniq; literas iam ſeneſcẽtes reduceret ac reformaret. nam exitus virorum illuſtrium ſcribebat. Capito vir optimus & inter præcipua illius ſeculi ornamenta numerandus. Lucium Capitonem hiſtoricũ Suidas refert.

Atilius Titianus

Titinius Capito

Lucius Capito

## C. PLIN. CORN. TITIANO SVO S.

EST adhuc curæ hominibus fides, & officiũ. Sunt qui defunctorũ quoq; amicos agãt. Titinius Capito ab Imperatore noſtro impetrauit, vt ſibi liceret ſtatuã L. Syllani in foro ponere. Pulchrũ, & magna laude dignum amicitia principis in hoc vti, quantũq; gratia vsleas aliorũ honorib⁹ experiri. Eſt omnino Capitoni in vſu, claros colere. mirũ eſt, q̃ religiõe, quo ſtudio, imagines Brutorũ, Caſſiorũ, Catonũ domi, vbi põt, habeat. Idẽ clariſſimi cuiuſq; vitã egregiis carminibus exornat. Scias ipſum plurimis virtutibus abũdare, q alienas ſic amat. Reddit⁹ eſt L. Sylano debitus honor, cuius immortalitati Capito proſpexit pariter, & ſuę. Neq; ẽm magis decorũ & inſigne eſt, ſtatuã in foro populi Romani habere, q̃ ponere. Vale.

Fides & officium) Ex fide procedit officium, dictum auctore Donato, quaſi efficium ab efficiendo, eo ꝙ quæritur quid efficere in eo vnumquenq; conueniat ,p conditione perſonarũ. dicimus enim ſeruum officiũ ſuũ facere, quãdo bene ſeruit dño, & officiũ oratoris eſt, dicerę apppoſite ad pſuaſionẽ. De officiorũ ordĩe lib. v. cap. xiij. Gellius multa diſſerit, & Seneca de Beneficijs, non ſatis probare videtur illorũ ſententiã qui ita diſtingũt, quędã beneficia eſſe, q̃dã officia, q̃dã miniſteria. Beneficiũ eẽ quod alien⁹ det. alien⁹ aũt eſt q potuit ſine reprehẽſione cedere. officiũ eſſe filij, vxoris & earũ perſonarũ quas neceſſitudo ſuſcitat, & ferre opẽ iubet. Miniſterium eſſe ſerui, quẽ conditio ſua eo loco poſuit, vt nihil eorũ quę præſtet imputet ſuperiori. Aſconius officium ad virtutẽ pertinere memorat. Quod ſane cõuenit huic loco. Seneca aliqñ vtitur officio ,p magiſtratu, Sexageſimus inquit annus ab officio me dimittet. hinc Apuleius officialẽ deduxit pro eo qui magiſtratũ gereret. an potius pro lictore & miniſtro. Et Treuellius Pollio palatina officia. ac Lampridius, In animo habuit oĩbus officijs genus veſtiũ propriũ dare. dixerunt in ea ſignificatione, qua nunc vulgo vtimur. vnde Apuleius modo officia feralia. modo inferalia dicit quę inferis ac mortuis fiũt. Agãt amicos defunctorũ) ſe agãt amicos in defunctos. i. ſeruent amicitiã etiã in mortuos. In re non diſpari laudaẽ Melior, apd Mart. ꝙ Bleſum amicũ etiã poſt vitam coleret. Imperatore) Traiano. ſcripſit ẽm ſuas epiſtolas ſub eo Cęcili⁹, q̃q̃ interdũ de rebus Domitiani loquatur, ſed tanq̃ de pręteritis. L. Syllani) duos L. Syllanos viros claros tradunt hiſtorici: alterũ inſignẽ triumphalibus ornamentis, & gladiatorij muneris magnificẽtia vulgo acceptũ, & Octauię ſpõſum, Claudi⁹ ſtimulãte Agrippina abdicare Prętura ante. iiij. Calend. Ian. moriq; initio anni die nuptiarũ Agrippinę coegit: alterũ eximia nobilitate diſciplinaq; C. Caſſij apud quẽ educatus erat, ad oẽm claritudinẽ ſublatũ Nero Senatu mouit, ac municipio Apuliæ, cui nomẽ eſt Bariũ, clauſum Cẽturio iuſſu Imperatoris tanq̃ in pugna, q̃q̃ inermẽ obnitentẽ confecit. hunc igitur potius intelligo, cui potuit cũ Titinio Capitone fuiſſe amicitia. In hoc) in amicis defunctis exornãdis. Aliorũ honorib⁹) cõferendo honores in alios, neq; ẽm min⁹ decorũ eſt dare magiſtratus q̃ gerere. Eſt in vſu Capitoni) cõſueuit Capito. Vbi poteſt) Quãuis loco publico tyrãnicidarũ ſtatuas ponere nõ licet, eas tñ in priuato, hoc eſt domi vbi põt habet. Cai⁹ illa Romanorũ fax ſtatuas virorũ illuſtriũ ab Auguſto in Martiũ campũ collatas ita ſubuertit atq; diſiecit, vt reſtitui ſaluis titulis nõ valuerint. Et legim⁹ Caſſiũ damnatũ ꝙ Caſſij effigiẽ domi haberet. An vbi põt) quando poteſt, qa nõ licebat ponere ſtatuã in foro alicui ſine nutu Imperatoris. Brutorũ) ſcio multos Brutos fuiſſe, ſed hic p̃cipue intelligi L. Brutũ qui Tarquinijs expulſis libertatẽ Romanis aſſeruit: itẽ L. Brutũ plebeiũ cuius cõſilio populus Trib. pl. a patribus impetrauit. item D. & M. Brutos inter principes cõiuratorũ in necẽ Cæſaris Dictatoris. Caſſiorũ) nobis occurrit agmẽ Caſſiorũ. tũ rebus bellicis, tũ doctrina & iuriſſciẽtia pręſtãtiũ, ſed hoc loco tyrãnorũ interfectores audiẽdos imprimis opinor, qualis C. Caſſius Iulij Cæſaris, & Caſſius Cherea Caligulę interfectores, de quibus locutus eſt Iuuenalis ſat. v. Brutorũ & Caſſij natalibus. Legimus apd Tranquillũ quendã hiſtoricũ vltimos Ro. appellaſſe Brutũ. & Caſſiũ: & Atheniẽſes decreuiſſe ſtatuas æreas Bruto & Caſſio tãq̃ libertatis ,ppugnatorib⁹ iuxta Harmodiũ & Ariſtogitõa, Latẽter aũt indicat Scdus Capitonẽ fuiſſe libertatis amatorẽ, q hos coleret, ſicut Iuuenalis Thra

Officium

Beneficium Miniſteriũ

L. Syllani duo

Bruti

Caſſij

ſeam & Heluidium. Catonum) Cenſorini & Vticenſis. fuerunt & alij plures, ſed obſcuriores Catones, quos Gellius lib. xij. ſigillatim enumerat. Egregijs carminibus) exitus eñ virorum illuſtriũ ſcribebat Titinius Capito auctore Secũdo lib. viij. vbi pluribus eundẽ cõmẽdat. Capitonẽ poetã citat Athenæus, ſed Alexandrinũ fuiſſe meminit. Redditus) vel cõpoſitũ pro ſimplici vſurpauit vel reſtitutus, cũ olim ſtatua ei fuiſſet data, ſed poſtea diſiecta. Proſpexit) cauit, conſuluit, Suæ) vt per hoc & ipſe Capito eſſet immortalis. Statuã in foro populi Ro. habere) prius effigies hominũ nõ ſolebant exprimi, niſi aliqua illuſtri cauſa. ex mẽbris ipſorũ ſimilitudine expreſſa, excepta deinde res a toto orbe terrarũ humaniſſima ambitione, & iam fori ornamentũ ſtatuæ eſſe cœperunt, prorogarique memoria hominũ, & honores legi & baſibus inſcribi: mox forũ, & in domibus priuatis factũ, atque in atrijs honos clientum inſtituit ſic colere parentes.

## C. PLIN. TRANQVILLO SVO S.

SCribis te pterritum ſomnio, vereri ne quid aduerſi in actione patiaris. Rogas, vt dilationem petam, & pauculos dies, certe proximum excuſem: difficile eſt, ſed experiar, καὶ γάρ τ᾽ ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν. Refert tamen, euẽtura ſoleas, an contraria ſomniare. Mihi reputanti ſomnium meum, iſtud quod times tu, egregiam actionem portendere videtur. Suſceperam cauſam Iulii Paſtoris, cum mihi quieſcenti viſa eſt ſocrus mea aduoluta genibus, ne agerem, obſecrare. Et eram acturus adoleſcentulus adhuc. eram in quadruplici iudicio. eram contra potentiſſimos ciuitatis, atque etiam Cæſaris amicos: quæ ſingula excutere mentem mihi poſt tam triſte ſomnium poterant. Egi tamen λογισάμενος illud, εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνασθαι περὶ πάτρης. Nam mihi patria, et ſi quid charius patria, ſi

Argumẽtũ

SCribis) Deterritum Tranquillũ, nequam acturus erat in Senatu, cauſam diceret, exemplo ſui monet agendam. q̃ ſi veretur, ſaltem pollicetur operam ſuam vt in aliud tẽpus trãſferatur.

Suetonius Tranquillus.

Suetonius Tranquillus ſcriptor hiſtoriȩ emendatiſſimus & cãdidiſſimus ſub Adriano epiſtolarum magiſter fuit, vir Secundi iudicio probiſſimus, honeſtiſſimus, eruditiſſimus, quem ob morum elegantiam & ſtudia in contubernium ſuum aſſumpſit, & ardenter dilexit: cui cum parũ fœlix in prole eſſet, ius trium natorum ab Imperatore Traiano impetrauit. In ſumma, ſicut Tacitum Secundus, ita Tranquillus Secundum ſuſpexit, & magiſtro vſus eſt.

Certe

In actione) in cauſa quam acturus es. Dilationem) aliud tempus agendi, vt differatur ad alios dies cauſa tua. Certe) haud dubie, ſaltem. Proximum) craſtinum. Excuſem) honeſta cauſa impetrem. Difficile eſt) obtinere dilationem. Experiar) faciam periculum pro impetranda dilatione. καὶ γάρ τ᾽ ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν, Etenim hoc ſomnium ex Ioue ſit. Ita enim ſcripſerat Tranquillus Secundo. Eſt aũtẽ ex principio Iliados, vbi Achilles inſtinctu Palladis concionẽ habet apd' Græcos. nam quæ vera ſunt ſomnia, ea fieri ab Ioue creduntur. quod teſtatur Seruius libro ſexto Aeneidos idem carmẽ Homericũ allegãs & Macrob ὄνειρον, ſomniũ interpretatur, qd' tegit figuris & velat ambagib⁹ nõ niſi interpretatione intelligendam ſignificationem rei, quæ demonſtratur, eiuſq; ſpecies quinq;. Euentura) vera ſomnia. Meũ) quod olim mihi occurrit, ne ſcilicet agerem: & tamen egi proſpere. ſequentia melius declarabunt.

Iulius Paſtor.

Quod times) quo ſomnio deterreris. Egregiam) cum victoria & laude. Iulij Paſtoris) in conſpectu Iulij Paſtoris. Teſtatur Seneca C. Cæſarem filium eius occidiſſe, apud quem etiam ſit mentio Paſtoris declamatoris. crediderim Cæcilium ſenſiſſe Paſtorem ad quem libro nono ſcripſit Martialis. In quibuſdam exemplaribus non Iulii ſed Iunii legitur. Socrus mea.) Pompeia Celerina. Quieſcenti.) dormienti. Adoleſcentulus adhuc.) nam vndeuiceſimo ætatis anno dicere in foro cœpit.

De quadruplici iudicio. Centumuiri & cẽtumuiralia

In quadruplici iudicio.) In Centumuirali iudicio. Alibi hic locus declaratur, Quadruplici inquit iuditio bona paterna repetebat: ſedebant iudices centum & octoginta (tot enim quattuor conſiliis conſcribuntur:) nam de vna re in baſilica Iulia fiebant quatuor iudicia apud totidem tribunalia. Et libro tertio, Cum apud Cẽtumuiros in quadruplici iudicio dixiſſem. Vnde Fabius Trachalli oratoris vocem commendans duodecimo libro, Certe ſcribit cum in baſilica Iulia diceret Trachallus primo tribunali: quatuor autem iudicia, vt moris eſt, cogerentur, atq; omnia clamoribus fremerent, auditum eum, & intellectum, & quod a gentibus cæteris contumelioſum fuit, & laudatum quoque ex quattuor tribunalibus memini. Dicta ſunt Centumuirilia iudicia a Centumuiris ſecundum Feſtum: nam cum eſſent Romæ triginta & quinq; tribus, terni ex ſingulis tribubus ſunt electi: & licet quinq; amplius fuerint, tamẽ quo facilius nominarentur, Centumuiri ſunt appellati: dein procedente tempore aucti vſq; ad centum octoginta, ſeruata ſemper priori appellatione. Martialis, Dum centum ſtudet auribus virorũ. de Secundo ſcribẽs. Ouidius de Triſtibus, Nec mala commiſſa eſt nobis fortuna reorum Vſq; decem decies inſpicienda viris. Poſtea a Veſpaſiano electi qui iudicia Centumuiralia, quibus peragendis vix ſuffectura legatorum ætas videbatur, extra ordinem diiudicarent redigerentq; ad breuiſſimum numerũ. Fuerunt inſtitutæ Centumuirales cauſæ a Cor. Sylla Carbone oratore agente admodum iuuene. authores ſunt Marcus Tullius & Pomponius.

Cæſaris.) Domitiani. Amicos) qui iure victi vix poſſunt ſuperari. Excutere mentem) remouere animum ab actione. λογισάμενος) conſiderans, reputans. Illud) carmen. εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνασθαι περὶ πάτρης.) Vnum augurium optimum pugnare pro patria. ſententia ſimplex: quam Aphthonius in ſuis præexercitamentis recitat: & Marcus Tullius ad Atticum citat. Lucianus Hom. aſcribit. nam eſt libro duodecimo Iliados: vbi Hector Polydamanta alloquitur: & grammatici interpretantur vnum, id eſt ſolum & non aliud. Athenæus Metagenis comici recognoſcit: tantum mutata vltima dictione ab Vlpiano interlocutore pro commodo ſuo, εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνασθαι περὶ λύπης, non diſſimile Homericum illud ex libro. xv. Iliados, οὔ οἱ ἀεικὲς ἀμυνομένῳ

πρὸ πάτρης τεθνάναι. Non illi indecens pugnāti pro patria mori, q̄d in ſuis carminibus ita tranſtulit Horatius, Dulce & decorū eſt pro patria mori. Nam mihi patria) ordo & ſenſus eſt: nā fides quā dederam Iulio Paſtori, videbatur mihi eſſe patria, vt eam charā haberem tanq̄ patriā. quid tamen mihi charius eſt patria? perinde ac ſi diceret, nihil amo ſupra patriam. M. Tullius in Officijs, Prima dijs immortalibus, ſecunda patriæ, tertia parētibus, & deinceps reliqua reliquis deberi arbitratur. Proſpere ceſſit) egi fœliciter. habuit bonum euentū actio mea. Ideo) ꝙ tantū ſim auſus, & bene. Aures) fauorē, gratiā ad audiendum me beneuolos fecit. Ianuam) initium. Proinde) quare. Diſpice) diſquire, cognoſce. Somnium iſtud) tuum. Hoc) meo.

Ianua

des videbatur, proſpere ceſſit, atq; ideo illa actio mihi aures hominum, illa ianuam famæ patefecit. proinde diſpice, an tu quoq; ſub hoc exemplo ſomniū iſtud in bonū vertas. aut ſi tutius putas illud cautiſſimi cuiuſque præceptum. Quod dubites, ne feceris, idipſum reſcribe. Ego aliquam ſtropham inueniam, agamq́; cauſam tuam, vt ipſam agere, cum tu voles, poſſis. Eſt enim ſane alia ratio tua, alia mea fuit. nam iudicium centumuirale differri nullo modo, iſtud ægre quidem, ſed tamen poteſt. Vale.

Vertas) interpreteris, experiaris ſecus q̄ appareat. Id ipſum) in quo dubitas. Stropham) excuſationem doloſam: ἀπὸ τοῦ στρέφω, a verbo verto. hac dictione vſus interdum Martialis, Iam ſtropha talis eſt. Et libro tertio, Nihil ſtropharum eſt. Et Prudentius, Impune tantas furcifer ſtrophas. Agam) diſponam ita accommodabo, vt tu poſſis agere ipſam cum voles. Alia) diuerſa. Differri) in aliud tempus protrahi. Iſtud) tuum. Aegre) cum labore differri poteſt.

Stropha

## C. PLIN. ROMANO FIRMO SVO S.

MVniceps tuus, & condiſcipulus, & ab ineunte ætate contubernalis: pater tuus & matri, & auunculo meo, mihi etiam quantum ętatis diuerſitas paſſa eſt, familiaris, magnę & graues cauſę, cur ſuſcipere, augere dignitatem tuam debeam. Eſſe autem tibi centū millium cenſum, ſatis indicat, quod apud nos decurio es. Igitur, vt te non decurione ſolum, verum etiam equite Romano perfruamur, offero tibi ad implendas equeſtres facultates. CCC. millia nummum. Te memorem huius muneris amicitiæ noſtræ diuturnitas ſpondet. Ego ne illud quidē admoneo, quod admonere deberem, niſi te ſcirem ſponte facturum, vt dignitate a me data, q̄ modeſtiſſime, vt a me data vtare. Nam ſolicitius cuſtodiendus eſt honor, in quo etiam beneficium amici tuendum eſt. Vale.

MVniceps) Firmo municipi pro liberalitate ſua dono promittit trecentum ſeſtertia ad explendum cenſum equeſtrem. Municeps meus) ex eodem municipio Como. Firmū ſub Antonino Imperatore memorat fuiſſe Modeſtinus. Alios inſuper Firmos recitant Tacitus & Secundus. Firminum prætera lego in memorijs Comenſiū. Condiſcipulus) vna in ſchola, ab eodem pręceptore inſtitutus. Durāt eñ a teneris annis amicitię ad ſenectutem vſq; firmiſſimæ, religioſa quadam neceſſitate imbutæ: neq; eñ eſt ſanctius ſacris ijſdem, q̄ ſtudijs initiari. Ineunte) tenella. Contubernalis) conuictor ſub eodem tecto. Auunculo) C. Plinio Secundo hiſtorico, cui per adoptionem fact⁹ eſt Cæcilius filius. Multū iſta confirmant illorum opinionem, qui ſcripſere Plinium auunculū fuiſſe Nouocomenſem, ꝙ Firmi pater cum illo familiaris in ipſo municipio fuerit. Diuerſitas) diſparilitas, quia ego adoleſcens eram, ille grandæuus. magis enim par parem delectat, ſecundum Græcum prouerbium. ἧλιξ ἥλικα τέρπει. Magnæ & graues cauſæ) prædictæ magni momenti rationes. Suſcipere) defendere. Cenſum) æſtimationem, opes. Centum millium) nummum. nam tanti erant mille nummi, quanti vnum ſeſtertium, ergo centum milia nummum erant centum ſeſtertia. Decurio) Senator in municipio. Nos) Nouocomēſes. Facultates enim Decurionum fuerant olim cētum milliū nummū. Equeſtres facultates) cenſum Equitū Rom. qui quadringentis ſeſtertijs vel quadringentis millibus nummū (nam idem eſt) cōſtabat. vnde ſubtiliter illum locum Horatius in Epiſt. eſt executus, Si quadringentis ſex ſeptem milia deſunt. Eſt animus tibi, ſunt mores & lingua fidesq́;, Plebs eris. Cuius ſenſus, ſi quadringentis ſex ſeſtertijs ſeptem milia nummum, id eſt ſeptem ſeſtertia deerunt, videlicet vnum ſeſtertiū vel mille nummum (quod tantundem eſt) ſi deerit tibi de quadringentis, eris plebeius, quamuis habeas cætera equitis. Ad idem luſit Martialis libro quinto, Ingenium ſtudiumq́; tibi moresq́; genusq́; Sunt equitis (fateor) cætera plebis habes. Fuiſſe autem equeſtris cenſus hanc cauſam, ſcriptum reliquit Plinius, Cum C. Sulpitius Galba venalem famam apud principem Tiberium popinarum pœnis aucuparetur: occupatus ꝙ in his eſſet queſtus in Senatu inſtitores eius culpæ defendi annulis. hac de cauſa conſtitutum, ne cui ius eſſet, niſi cui ingenuo ipſi patri, auoq́; paterno, ſeſtertia quadringenta cenſus fuiſſent, & lege Iulia theatrali in quatuordecim ordinibus ſedendi. poſtea gregatim id appeti cœptum, paſſimq́; ad ornamenta ea etiam ſeruitute liberati tranſilierunt: ita dum ſepararetur ordo ab ingenuis, communicatus eſt cum ſeruitijs. Diuturnitas amicitiæ noſtræ) vetus inter nos & perpetua amicitia promittit te fore memorem meæ liberalitatis. A me data) quam per me conſecutus es. Solicitius) diligentius. Beneficium amici) etiam reſpectu amici cuius beneficium tueberis, ſi te modeſte geſſeris in eo: nam ſecus periret, ſi videlicet in arrogantem & indignum contuliſſet.

Firmus

Municeps

Plinius auunculus Nouocomēſis.

Equeſtres facultates quantæ & origo

Horatij locus

Cor.Tacitꝰ FRequens)Cor.Tacitus eloquentiſſimus & grauiſſimus rerum ſcriptor tantæ fuit apud poſteros auctori
tatis,vt Tacitus qui poſtea imperauit,eundem parẽtem ſuum diceret,& in omnibus bibliothecis colloca
ri,ac ne exemplorum raritate interiret, librum per ſingulos annos decies tranſſcribi a vicorũ principibus
iuſſerit. Sed ne ſolerti quidem iſta diligentia potuit omnino periculo occurrere:nam quod extat (proh dolor)
Fabij locus mancum,inuerſum, neq; caput neq; pedes habens,vt vix Cornelij maieſtatẽ deprehendas.Hunc puto Quintilia
num per hęc intellexiſſe, Supereſt,inquit,adhuc & exornat ætatis noſtræ gloriam vir ſeculorum memoria di-
gnus,qui olim nominabitur,nũc
intelligitur: habet amatores,nec
imitatores: vt libertas,q̃q̃ circun
ciſis quę dixiſſet,ei nocuerit : ſed
elatũ abunde ſpiritũ & audaces
ſententias deprehẽdas etiã in his
quę monent.Niſi tamẽ malimus
de Plinio hiſtorico dicta, quoni
am ſtatim poſt cõmemoratã Au
fidij Baſſi hiſtoriam hęc ſubdidit
Fabius,Conſtetq; ex teſtimonio
Cæcilij Plinium exorſum ſuam
hiſtoriam Romanam a fine Au
fidij Baſſi.Conſuluit ergo Taci-
tum per epiſtolam,an magis pro
bet dicendi genus amplũ copio-
ſum,in quo profecto vis magna
eſt.an breuius & circunſcriptius,
quod placere cuidam ex diſputa
tione narrat , ſibi vero nequaq̃.

## C. PLIN. COR. TACITO SVO S.

FREquens mihi diſputatio eſt cum quodam docto homine & perito , cui nihil æque in cauſis agendis vt breuitas placet: quam ego cuſtodiendam eſſe confiteor, ſi cauſa permittat , alioqui præuaricatio eſt tranſire dicenda . præuaricatio etiam,curſim & breuiter attingere, quæ ſint inculcanda , infigenda , repetenda, nam pleriſq; longiore tractu vis quædam & pondus accedit. Vtq; corpori ferrum,ſic oratio animo non ictu magis q̃ mora imprimit̃.Hic ille mecũ auctoritatibꝰ agit , ac mihi ex gręcis oratiões Lyſię oſtẽtat,ex noſtris Gracchorũ Catoniſq;,quorum ſane plurimæ ſunt circunciſæ & breues.Ego

Eſt autem epiſtola longiſſima & magnæ frugis . hoc enim in ſe habent Secundi literæ , vt longiores, ſint fru-
ctuoſiores:breuiores,gratioſiores. Aeque)tam. Permittat)exigat. Præuaricatio)Pręuaricatio eſt ab officij
Pręuarica-tio. ſui præſcriptione deflexio atq; aberratio ſiue malitia ſiue imprudentia. vnde Marcellus inquit, Præuaricari eſt
vera crimina abſcondere. nam præuaricatorem eum ſentimus qui colludit cum reo,& translatiue munere accu
Præuarica-ri ſandi defungitur,q; proprias probationes diſſimularet,falſas excuſationes admitteret. Vlpianus,Præuaricator
eſt quaſi varicator,qui diuerſam adiuuat partem, prodita cauſa ſua cauſam aduerſarijs donat,& ex parte acto
ris in partem rei concedit. Labeo a varia concertatione tractum ait:nam qui præuaricatur, ex vtraq; parte con
ſiſtit:quinimmo ex aduerſa.Alij a prætergrediendo præuaricatores dictos.Fabius aſſerit in vniuerſum,nunq̃ o
ratoris eſſe præuaricari.Qui præuaricationes feciſſe,quiue ob accuſandum negociumue cui faciendũ pecuniam
accepiſſe iudicatus erit , ius accuſandi non habet . Tranſire)omittere. Curſim)leuiter. Inculcanda)ingeren
da.Cui ſententiæ Fabius accedit,Repetere,dicens, & diu inculcare vtilius eſſe. quod conſequemur,ſi interpre-
tatione vtemur: nam per hanc neceſſe eſt animum auditoris commoueri, cum grauitas prioris dicti renouatur
interpretatione verborum. Infigenda)memoriæ & animo iudicum committenda,quod fit per commoratio
nem maxime in loco firmiſſimo, quo tota cauſa continetur. Immorandum diutius præcipit M. Tullius & eo
dem ſæpius redeũdum.idq; boni oratoris valde proprium.neq; eam exornationem eſſe tanq̃ membrum, ſed ve
luti ſanguinem profuſum per totum corpus orationis. Repetenda)quod fiet commodiſſime per conduplica
tionem, quæ vehementer auditorem commouet,& vulnus maius efficit verborum,vt rerum redintegratio qua
ſi aliquod telum ſæpius perueniat in eandem partem corporis. Pondus) auctoritas, preſſura. Tractu) ſpa
tio,mora. Legitur etiam tractatu, quanuis Plinius Senior dixerit libro decimo,Et alioqui vnum par aquilarũ
magno ad populandum tractu indiget vt ſatietur. & Vergilius, Tractuſq; maris. Ferrum) telum ex ferro.
Imprimitur)infigitur, intromittitur. Hic)hoc loco cum rationibus conuincitur. Ille)vir doctus. Au
ctoritatibus) teſtimonio veterum oratorum. Græcis)ſcriptoribus. Orationes Lyſiæ) Lyſias orator Sy-
Lyſias racuſanus Cephali filius, Tiſiæ & Niciæ auditor,Socrati reo orationem obtulit, qua ſe defenderet.ſubtilis ſa-
ne orator atque elegans, & quo nihil, ſi oratori ſatis ſit dicere, quæras perfectius . nihil enim in illo eſt inane,
nihil accerſitum, duro tamen fonti q̃ magno flumini propior. habet autem textum tenuem, atque rarum.maxi
ma in eo eſt gratia ſimplicis atq; inaffectati coloris. fides ſumma.ſcribebat alijs, nõ ipſe dicebat.Si ex eius ora-
tione verbum aliquod demas, muteſue atque id commodiſſime facias, de ſententia tamen detraxeris. Et præ
ter Suidæ, Diogenis, Fabij & Gellij teſtimonium, M.Tullius de optimo genere oratorum , tenuem notat Ly
ſiam, quia & priuatas & paruarum rerum cauſas ſcripſit: inde ieiunior eſſe videtur. Et de Perfecto Orarore,te
nuitatem in eo reprehendit:q; nihil inſolens aut ineptum dixerit, probat : q̃q̃ idem alibi, Fuit Lyſias quidem
in cauſis forẽſibus non verſatus, ſed egregie ſubtilis atq; elegãs ſcriptor,quẽ iã ꝓpe audeas oratorẽ perfectũ di
cere. Plato ſecundum Plutarchum in Lyſia inuentionem & ordinem improbabat, accuſationem & verborum
ſplendorem ac acumen laudabat. Noſtris)latinis oratoribus. Gracchorum) C. & Tiberij fratrum Trib.
Gracchi o-ratores pleb.aperte quantũ dicendo vterq; valeret, Plutarchus in vitis eorundem oſtendit: præcipuus ſui temporis ora
tor fuit C.Gracchus, Catone ſene plenior & vberior ſecundũ Tacitum & Fabium. Catonis)Cenſorini, quem
Catonis e-loquentia q̃uis non contentum eloquentia ſui temporis & Romanum Demoſthenem dictum, Cicero tamen non putat
imitandũ.nã oĩs generis oratiões,&,ꝓ ſe multas,& ꝓ alijs & in alios reliquit:nõ ſolũ accuſando,ſed etiã dicẽdo
fatigans inimicos.Illarum ſępe meminit Gellius.Quantũ aũt præſtiterit ingenio circa res gerendas,ſi quis ſcire
intendit , legat præter eundem Gellium M. Tullium de Oratore libro tertio, Liuium in bello Macedonico,
& Plutarchum cum Nepote. Oppono)monſtro maiorem & copioſiorem. Demoſthenem) Lyſia in dicen

do, de quo M. Cicero de Claris Oratoribus, Plane quidem perfectum, & in quo nihil admodum deſit Demo Demoſthe
ſthenem facile dixerim nihil acute inueniri potuit in eis cauſis quas ſcripſit, nihil ſubdole, nihil verſute, quod nis vis
ille non viderit, nihil ſubtiliter dici: nihil preſſe, nihil enucleate, quo fieri poſſit aliquid limatius: nihil contra
grande, nihil incitatum, nihil ornatum vel verborum grauitate vel ſententiarum, quo quicq̃ eſſet clarius. Et Fa
bius, Decem ſimul Athenis oratores magnos ætas vna tulit, quorum longe princeps Demoſthenes, ac pene
lex orandi fuit: tanta vis in eo, tã denſa omnia, ita quibuſdã neruis intenta ſunt, tamen nihil ocioſum: is dicendi

Lyſiæ Demoſthenem, Aeſchinem, Hyperidem, multosq;
præterea Gracchis, & Catoni, Pollionem, Cæſarem, Cæ
lium, in primis Marcum Tullium oppono, cuius oratio o-
ptima fertur eſſe, quæ maxima. Et hercule, vt aliæ bonæ
res, ita bonus liber melior eſt quiſque, quo maior. Vides vt
ſtatuas, ſigna, picturas, hominum denique, multorumq;
animalium formas, arborum etiam, ſi modo ſint decore, ni
hil magis quàm amplitudo commendet. Idem orationi-
bus euenit, quin etiã voluminib⁹ ipſis auctoritatem quãdã,
& pulchritudinẽ adiicit magnitudo. Hęc ille, multaq; alia,

modus, vt nequid deſit in eo, nec
quid redundet inuenias. Magna
ex parte Ciceronem fecit, ſi Fa-
bio credimus. In inuentione fa-
cilis, eloquendo denſus, conclu-
dit aſtricte, pugnat acumine, cu-
ra in eo ſumma vt nihil detrahi
poſſit. Quanq̃ libro duodecimo
dicat. Quod ſi mihi des conſiliũ
iudicum ſapientum, perquãmul-
ta recidam ex orationibus nõ Ci
ceronis modo, ſed etiam ei⁹ qui
eſt ſtrictior multo Demoſthenis
Aeſchinem) de quo idem Fabi Aeſchines.
us, Demoſthene plenior Aeſchi
nes, & magis fuſus, & grandiori ſimilis, quo minus ſtrictus, carnis tamen plus habens, lacertorum minus. In
ſumma, inter Atticos oratores palmam Demoſtheni. proximum vero locum Aeſchini tribuerim, vterq; ex ora
tionibus ſuis notus. Periclem) ſcio quoſdam legere Hyperiden. nam vterq; ſummi fuerunt oratores, fortaſſe
qui pro Pericle Hyperidem repoſuerunt ducti ſunt teſtimonio Quintiliani libro duodecimo ſcribentis, Periclis
eloquẽtiæ nulla ad nos monumẽta veniſſe. & nõ multo poſt tradit, nihil poſteritati mãſuriſq; mox literis reli
quiſſe Periclem. Hic quo me vertam? cum M. Tullius libro ſecundo de Oratore prodiderit antiquiſſimos fere Periclis ſcri
eſſe, quorum ſcripta conſtent, Periclem & Alcibiadem. Et de Claris Oratoribus, Ante Periclem neminem pta.
mandaſſe monumentis orationem, & eius quædam ſcripta circũferri. Sed nõ noſtrũ inter duo latinæ linguę lu
mina iudicium interponere, cum præſertim Lucianus in laudatione Demoſthenis cum M. Tullio conueniat. Pe
riclis fulmen mox oſtendemus. Hyperides vero Athenienſis orator poſtulante Alexandro Macedonum rege. Hyperides.
vna cum Demoſthene, Lycurgo, Charidemo oratoribus, ab Athenienſibus capite damnatur, qui mortis metu
vrbe ceſſit: ſed eum poſtea Archias actor tragœdiarũ cũ in Aeginam ad Aeacũ cõfugiſſet, detractũ in Cleonas
miſit, ibiq; euulſa ab Antipatro lingua necatus eſt. Fuit aũt orator dulcis in primis & acutus, ſed minorib⁹ cau-
ſis vt non dixerim vtilior, ita magis par in illa oratione quã admirabiliter egit pro Phryne meretrice. putãt eã
liberaſſe conſpectu corporis ſpecioſiſſimi, quod illa reuelauerat deducta tunica. Pollionem) C. Aſinius Pollio C. Aſinij
Trallianus philoſophus & orator ſumma diligentia vſus: adeo, vt quibuſdam etiam nimia videantur: & conſilij Pollionis
& animi nitore & iucunditate Ciceroni proximus, cui & æmulus & infenſus fuit: orationibus ſuis multũ vrba- eloquentia
nitatis, & antiquorum poetarũ inſeruit. At Seneca eius compoſitionem tanq̃ ſalebroſam & exilientem notat,
& vbi minime expectes relicturam: apud quem omnia cadant, exceptis pauciſſimis. Non enim, inquit, fortis eſt
oratio eius, q̃uis elata ſit: non eſt violenta nec torrens, q̃uis effuſa non eſt perſpicua, ſed pura: verum longe plu-
ra in prologo Declamationum lib. iiij. Nunq̃ admiſſa multitudine declamauit. primus omnium Romanorum
aduocatis hominibus ſcripta ſua recicauit: primus bibliothecã dicando inſtituit in ea ſcriptorũ pręſtantiſſimorũ
imagines collocari. Eum Aſinius Gallus filius auſus eſt Ciceroni conferre & pręponere. aduerſus Catonẽ cau- Aſini⁹ Gal
ſas egit. Cæſarem) C. Iulius Cæſar ſummis oratoribus æmulus teſtimonio M. Tullij, orationem elegantem, lus.
ſplendidam, magnificam, generoſamq; præ ſe tulit, ſententijs acutus & creber: q nisi magnitudine rerum geren Cęſaris elo
darum occupatum diuinum eius ingenium fuiſſet, non alius ex noſtris contra Ciceronem nominaretur. Cæli quentia
um) in Cælio maxime laudatur indoles, nitor, & altitudo, & præcipue in accuſando multa vrbanitas, ſed aſpe- Cælij elo-
ritatem & ſordem verborum in eo damnant. nam hians compoſitio, & incõditi ſenſus redolebãt antiquitatẽ. quentia
M. Tullium) quo nemo tam multa orator ne in græco quidem ocio ſcripſit, vim cuius in dicendo, & copiam M. T. Cice
a Fabio libro decimo, & Seneca ſuaſoriarum primo commendatã pluribus, quã, vt deceat, in commẽtarios cõ ronis elo-
ferre, ſatis habemus lectorem admonuiſſe. Quæ maxima) qualis eſt pro Cluentio, & pro domo ſua apud quentia
Pontifices. Aliæ bonæ res) ſunt meliores, quo ſunt maiores. Quiſque) cum comparatiuo contra opinio-
nem Laurentij, Signa) opera ſculptilia, & ad alicuius animalis effigiem formata. A ſigno diminutiuum fit ſi Signum
gillum. In commune ſignum eſt, per quod aliqua res ſignificatur. Ille) aduerſarius. Eludit) hæc fruſtra- Eludere
tur, ludendo euitat. Tacitus, Parthos vna ciuitas tam diu eluſerat. Et alibi, Eludi Parthus tractu belli pote-
rat. Cicero in Verrem, Te vero Cæcili quemadmodum ſit eluſurus videre iam videor. Lubricus) ſubterfugi-
ens ſtratis prioribus argumentis ad alia: anſam & ſtropham ex aduerſarij verbis colligens. Lubricum ſecundũ Lubricum.
grammaticos dicitur, quod labitur dum teneri creditur, vt piſcis, ſerpens. Contendat) certet, aſſerat. Hoſip-
ſos) Demoſthenẽ & reliquos. Dixiſſe) dũ agerẽt cauſas. nã illud proprie eſt dicere. Ediderint) publicauerint,
emiſerint, vt. ſ. multa poſtea addiderint: & in maius aucta vulgauerint ſcripta ſua. Quintilianus lib. xij. multis tra
ctat nõ ſemp oratorẽ ſcribere, quę dixit, cũ pleruq; tpa breuitate impediãt, & multũ ex eo, qd oportuit dici reci
derit. huiuſmodi eñ caſus efficiũt, vt aliqñ dicat aliter q̃ ſcribitur, cũ dicere qño ſcribendũ eſt, nõ licet: quę ſi nõ
interuenerint, ſemp aget orator, vt ſcribit, ſi melius. ſ. ſcribat. Multorũ) oratorũ. Murena) L. Murenã accuſa
uit Cato crimine ambitus. Cicero defendit. abſolutus Cos. creatus eſt. extat ꝓ Murena oratio, ſicut ꝓ Vareno,
cui⁹ ſæpe fit mẽtio apd Fabiũ, intercidit. Subſcriptio) denũciatio, notatio, accuſatio. ſup q̃ verba plura li. v. Nũ

quæ a me in eandem ſententiam ſolent dici,vt eſt in diſputando incomprehenſibilis & lubricus,ita eludit,vt contendat hos ipſos, quorum orationibus nitar ,pauciora dixiſſe, q̃ ediderint. Ego contra puto. Teſtes ſunt multæ multorũ orationes, & Ciceronis pro Murena,pro Vareno,in quibus breuis & nuda quaſi ſubſcriptio quorundam criminum ſolis titulis indicatur. Ex his apparet, illum permulta dixiſſe, cum ederet omiſiſſe.Idem pro Cluentio ait ſe totam cauſam vetere inſtituto ſolum peroraſſe. & pro Cornelio quadriduo egiſſe:ne dubitare poſſimus,quæ per plures dies, vt neceſſe erat,latius dixerit,poſtea reciſa,ac purgata in vnum librum grandem quidem, vnũ tamen coarctaſſe. At aliud eſt actio bona, aliud oratio. Scio nonnullis ita videri , ſed ego (forſitan fallar)perſuaſum habeo, poſſe fieri, vt ſit actio bona,quæ non ſit bona oratio : non poſſe non bonam actionem eſſe, quæ ſit bona oratio.eſt enim oratio actionis exemplar , & quaſi ἀρχέτυπον. Ideo in optima quaque mille figuras extemporales inuenimus. in his etiam, quas tantum editas ſcimus,vt in Verrem,Artificem,quemnam! recte admones,Polycletum eſſe dicebant . Sequitur ergo , vt actio ſit abſolutiſſima,quæ maxime orationis ſimilitudinem expreſſerit,ſi modo iuſtum & debitũ tempus accipiat: quod ſi

da)nullis argumentis,nullis ſignis fulta. Titulis)inſcriptionibus breuibus,ſolis titulis ſubſignata ſine amplificatione. Officium ſcriptoris,inquit Secundus,exiſtimo vt titulum ſuum legat. Martial. Addita per titulos ſua

Titulus

nomina rebus habebis. Eſt enim titulus index cuiuſq; operis . Vnde in ſtatuis & picturis titulum dicimus literas,quæ vel artificis vel eius cuius ſtatua ſiue imago eſt nomen demonſtrat, ſicut apud Plinium legimus,Appio Claudio, qui Conſul cum Seruilio fuit,placuiſſe in excelſo titulos honorum legi. Et Liui⁹,Inſignes imaginum titulos ſcribat. Valer. Titulus nanq; datur. Sed tituli milites appellati quaſi tutuli, ꝙ patriam tuentur. vnde & Titi prænomen ortum. Tituli etiam debitorum nomina dicuntur, præſertim in his debitis, quibus debitorum nomina ſcripta ſunt. Permulta)plura. Dixiſſe) dum ageret cauſas. Ederet)emendaret,limaret,vt emitteret. Omiſiſſe)permulta.

Pro Cluentio

Cluentio) Aulus Cluẽti⁹ Habit⁹ Larinas per multos annos inuidia flagrauit,ꝙ per eius pecuniã Opianicus innocens condemnatus eſſet :cumq; ideo & alijs criminibus impiæ matris impulſu accuſaretur, a Cicerone longiſſima oratione protectus eſt. Ait) verba ſunt ex fine eiuſdem orationis, Meum laborem , qui totam hanc cauſam vetere inſtituto ſolus peroraui , mater oppugnat. nam veteri inſtituto poterat orator dicere ſolus ſine alio patrono quot horis libuiſſet. Auctor Tacitus ante Cn.Pompeiũ Conſulem neminem intra pauciſſimas horas perorare coactum,& liberas comperendinationes fuiſſe,& modum dicendi ſibi quenque ſumpſiſſe: & numerum neq; dierum neq; patronorum cautũ. vnde teſtatur Secundus Tullium totam actionem pro Cluentio egiſſe ſine auxilio alterius patroni. Peroraſſe)totam cauſam dixiſſe. Cornelio)L. Cor. Balbo. hunc ciuitate Romana a Cn. Pompeio donatum rebus

Pro Cornelio

in Hiſpania præclare geſtis Iudices accuſarunt,ꝙ contra leges & fœdera vteretur. Quatriduo) quod extat facile vno die vel paucis horis dici potuit . hinc igitur apparet ex actione quatriduana multa reciſa anteq̃ publicaret. Latius)copioſius. Reciſa)limata,amputata. Repurgata)emendata ſublatis ſuperuacuis quæ lectorem offendiſſent,iudicem tamen mouere poterant. Fabius, Quod libris dedicatur , & in exemplum redigitur, terſum ac limatum, & ad legem ac regulam compoſitum eſſe oportet,quia veniat in manus doctorum & iudices artis habeat artifices.vnde Secundus ad Celerem ſcribens de recitatione orationis,Superuacuum tamen eſt recitare, quæ dixeris etiã ſi eadem omnia,ſi iiſdem omnibus, ſi ſtatim recites:ſi vero multa inſeras, multa commutes &c.Ex quibus apparet,non ſatis conſtare ſibi cum illic ſcribat ,multa inſeri ſolita pro editione. Vnum

Liber
Grande
Grandire

librũ)vnam orationem. Grandem)amplum,non enim tm̃ ad ætatem pertinet,ſed etiã ad alias res . vnde apud Senecam Senecio cognominatus eſt Grandio,ꝙ rebus grandioribus vteretur. & Cato grãdire dixit fruges, pro in maius creſcere. At aliud eſt)proponit quæ poſſent obijci vt ea confutet. ſenſus igitur quibuſdam videri actionem bonam aliud eſſe q̃ orationem. Fabius libro.xij.teſtatur bene dicere & bene ſcribere idem eſſe:neq;

Actio

aliud eſſe orationem ſcriptam q̃ monumentum actionis habitæ. Eſt autem actio quaſi ſermo corporis ex motu eius & geſtu conſiſtens , quo magis menti congruens eſſe debet. Hæc M.Tullius. Verũ Iuriſconſultus Celſus, Nihil aliud,inquit,eſt actio q̃ ius quod ſibi debeatur in iudicio perſequendi. Et Vlpianus de Actionibus duo earum genera facit. Ita videri)aliud eſſe actionem,aliud orationem bonam. Fabius vult actionem bo-

De actione
& oratione
bona.

nam ,eandem debere eſſe bonam orationem:ꝙ ſi contingat male agere,omnino bene ſcribẽdum eſſe. vnde caute dixit Secundus,bonam actionem: facilius enim ex bona actione fieret bona oratio q̃ mala. Bona actio)reſpectu auditorũ & temporis.nã illa bona eſt actio quę pſuadet,etiã ſi nõ ſit terſa & culta,quę ſane debẽt eſſe in oratione:poteſt ergo fieri vt ſit bona actio & nõ bona oratio. Non poſſe nõ eſſe bonã actionẽ)omnino ne-

Archetypõ

ceſſe eſſe illã fuiſſe bonã actionẽ quę ſit bona oratio. Et quaſi archetypon)primitiuũ & primã formã retinẽs. ſic interpretatur Suidas & Martialis nugas archetypas dixit manu auctoris ſcriptas.ſic Iuuenalis archetypos Cleãthes,primas Cleathis ſtatuas & imagines. Optima)oratiõe. Mille)innumeras. Figuras)dicẽdi modos inuſitatos,non vulgares. Extẽporales)nõ pręmeditatas . His) orationibus. Tantum editas) nõ actas,ſed ſolũ publicatas. Vt in Verrẽ)Verrinarũ genus eſt admirabile,quarũ primã Cic.egiſſe contra Secũdi opinionẽ teſtatur Aſconius,ſed quare prima eſt de accuſatore conſtituẽdo,& nõ directe cõtra Verrẽ,ſed Cęciliũ, vterq; auctor non eſt falſus,cũ poſt illud Verres in exiliũ voluntariũ iuerit,neq; quę ſequunt̃ actiones a Cicerone actę ſint,ſed tm̃ editę. ſunt aũt libri in Verrẽ emiſſi,ꝙ Prętor in Sicilia totã inſulã exſpoliaſſet. Artificẽ quemnã)ver

ba ſunt ex ſexta Verrinarum. Prężterea, inquit, erant ænea duo ſigna, non maxima, verū eximia vetuſtate: vir
ginali habitu, atq; veſtitu, quę manibus ſublatis ſacra quædam more Athenienſiū virginum repoſita in capi-
tibus ſuſtinebant. canophorę ipſę vocabantur. ſed earum artificē quemnam recte admones: Polycletum eſſe
dicebant. Cuius ſenſus, ſed quis eas virgines fabricauerat: tanq̄ ſi per hæc M. Tullius ſeipſum interrogaret, re
cte igitur inquit hoc loco me admones: dicebatur Polycletus ille optimus ſtatuarius effigiaſſe. Vel ea referan
tur ad Cic. interrogantem pragmaticum vel a quo didicerat cauſam, quisnam eſſet artifex? & cum audiuiſſet

negetur, nulla orationis, maxima iudicis culpa eſt. Adſunt huic opinioni meę leges, quæ longiſſima tempora largiuntur, nec breuitatem dicentibus, ſed copiam, hoc eſt diligentiam ſuadent: quam pręſtare niſi in anguſtiſſimis cauſſis non poteſt breuitas. Adiiciam, quod me docuit vſus magiſter egregius, frequenter egi, frequenter iudicaui, frequenter in conſilio fui. aliud alios mouet: ac plerunq; paruæ res maximas trahunt. varia ſunt hominum iudicia, varię voluntates: inde qui eandem cauſſam ſimul audierunt, ſæpe diuerſum, interdum idem, ſed ex diuerſis animi motibus ſentiunt. Præterea ſuæ quiſq; inuentioni fauet, & quaſi fortiſſimum complectitur, cum ab alio dictū eſt, quod ipſe pręuidit. Omnibus ergo dandum eſt aliquid, quod teneant, quod agnoſcāt. Dixit aliquādo mihi Regulus, cū ſimul adeſſem⁹, Tu omnia, quę ſunt in cauſſa putas exequēda: ego iugulum ſtatim video, hūc premo (premit ſane quod eligit, ſed eligē

eſſe Polycletum, ſubiūxerit recte
admones. In illis etiam plęrunq;
ſunt nuda crimina: qualia illa,
Nolite expectare dum ego hoc
crimen hoſtiatim agā. a Terſchil
lo Tindaritano paterā abſtuliſti.
a Thraſone item Tindaritano
patellā. a Nymphodoro Agrigē
tino turibulum. Sequitur) con Sequitur.
cluditur. Actio) illa. Expreſ
ſit) reprę ſentauit. Similitudinē
orationis) typum & formā dicē Orare intra
di abſolutam. Iuſtum & debi tempus.
tum) ex lege & re. i. conueniens
cauſę. nam authore Quītiliano,
cauſæ frequenter breuitate tem
poris impediūtur, tūc nulla acto
ris, ſed iudicis culpa. Adſunt)
fauent. Leges) Cōſuetudine ve
terum iudiciorū nemo intra pau
ciſſimas horas perorare cogeba
tur, & liberę cōperendinationes
erāt, & modum dicēdi ſibi quiſq; ſumebat, & numerus neq; dierū neq; patronorū cauebatur. Primus huius li
bertatē Conſul Cn. Pōpeius aſtrinxit, impoſuitq; veluti frenos eloquentiæ: & accuſatori duas, reo autem tres
horas ad dicendū dedit. Cæcilius accuſatori ſex horas, reo vero nouē ex lege datas: ita tamen, vt omnia in fo
ro, omnia in legibus, omnia apud Prætores gererentur. Vnde Martialis Cæcilianum irridet, qui cōtra legem
maius tēporis ſpatium impetrauerat cum eſſet ad dicendum ineptus. Aſconius teſtatur viginti dies legitimos
accuſatori, & totidem defenſori ad reſpondendū cōceſſos. Hinc alibi ſua tempora Secūdus vellicās, An nos
inquit ſapiētiores maioribus noſtris? nos legibus ipſis iuſtiores? quę tot horas, tot dies, tot cōperendinationes
largiūtur? Quibus poſtea motus Antonin⁹ Imperator, oratoribus permiſit quātum aquę actioni petiuiſſent,
& iudicia longius protraxit. Copiā) dicēdi vbertatem, quam rem per exornationem, quę interpretatio dici Exornatio.
tur, declarauit: diligentiā. ſ. oſtendens oratori per longum temporis ſpatium cōceſſam. Anguſtiſſimis) mino
ris probationis & vnius tantum vel paucorū criminū cito tranſigēdorum. Breuitas) dicēdi. Vſus magiſter) Vſus magi
Sic libro ſexto, quod tamē multi ante eū dixerant: imprimis M. Tullius vſum eſſe dicendi magiſtrū frequen- ſter.
ter pręcepit, & omnium magiſtrorū pręcepta ſuperare. Hic pro Cor. Balbo, Aſſiduus inquit vſus vni rei de-
ditus, & ingeniū & artē ſæpe vincit: eſt enim ratio loquēdi, & regula ſermonis. At omniū etiam rerū magiſtrū
vſum eſſe ſcribit Cæſar in Commentariis: quod latius explicuit Columella, quid ſcilicet inter vſum & artem
interſit, Scriptorum dicēs monumenta magis inſtruere, q̄ facere artificē: vſum, & experientiā dominari in arti
bus: neq; eſſe vllam diſciplinā, in qua nō peccādo diſcatur. nā vbi quid perperā adminiſtratum ceſſerit impro
ſpere, vitatur quod fefellerat: illuminatq; rectam viā docētis magiſterium. Manilius, Per varios vſus artem
experiētia fecit Exemplo monſtrante viam. Frequēter egi) pluries cauſas dixi. Iudicaui) iudex fui. In con In conſilio
ſilio fui) Aſſumptus fui iudex extra ordinem pro cōſultatione rei dubię. Nā in conſilio eſſe dicitur aliquis, cū eſſe.
ſuper re ambigua conſulitur. M. Tullius, Vt haberet in conſilio & fratrē. Et in Panegyrico Conſtātini, Quiſ
quis illius author, Qui tibi in conſilio erant, hęrebant. Apuleius, In conſilio iudices eſſe dixit, q̄ poteſtatē iudi
cij haberēt. Et principem dicimus bonos in conſilio habere, quod eſt decernere ex cōſilio bonorū. Neq; me
præterit Quintilianum ſcribere iudicium a conſilio parum differre: q̄ illud oſtēdētibus rebus adhibeat, hoc la Iudiciū &
tētibus & aut oīno nondū repertis aut dubijs: & iudiciū frequētiſſime certū eſſe, cōſiliū vero rationē quandā Cōſiliū pa-
alte repetitā, & plęrunq; plura ꝑpendentē, & cōparentē, habentēq; in ſe & inuentionē & iudicationē. Aliud rū differre.
alios mouet) vna res mouet aliū, alia aliū. Varia ſunt hominū iudicia) nā ſicut ingeniorū plurimæ ſunt for-
mæ: ſic iudiciorū ſecundū Quintilianū. Variæ volūtates) imitatio Perſiana. Velle ſuū cuiq; eſt, nec voto vi-
uitur vno. Et Terētius in Phormione, Verū ita eſt: quot homines tot ſentētię: ſuus cuiq; mos. Diuerſum ſen
tiūt) diuerſam habent ſenteтiam ab alijs auditoribus. Idem) ſimile alijs ſed diuerſis affectibus. Suę inuētio
ni) quod pręuidit & excogitauit anteq̄ orator diceret, id tanq̄ veriſſimū ſeruat. Fortiſſimū) certiſſimū, irre-
prehenſibile. Alio) ab actore. Teneant) credant. Agnoſcāt) tanq̄ ſuum inuentū. Adeſſemus) cauſam
ageremus. Quæ ſunt in cauſa) quæ pertinent ad cauſam dicendam. Vt genu eſſet) Lucianus in libro qui
inſcribitur oratorum magiſtri, aperte carpens malos oratores inquit, non referre vt pro fronte ſuram, pro ſu
ra verticem accipiant. Iugulum) firmiſſimum argumentum, cauſæ conſtitutionem: nam iugulus in homine Iugulū &
maxime lætalis: inde per tranſlationem iugulatum litteris dixit in Verrem. M. Cicero, & in Philippicis Iugu- ingulo per
latā cauſam Pōpeianorū. Et Terentianus Dauus, Iugulaſti hoīem verbis. Hunc premo) vrgeo: & ī ſumma trāſgreſſio-
totius cauſæ perſto non euagādo. Premit) inſtat, vbi credat eſſe cardinem rei, ſed ſępe fallitur in eligendo. nem,

do frequenter errat.)Reſpodi poſſe fieri,vt genu eſſet aut tibia aut talus,vbi ille iugulum putaret. At ego inquã, qui iugulum perſpicere non poſſum,omnia pertento,omnia experior, πάντα deniq; λίθον κινῶ. Vtq; in agricultura non vineas tantũ,verũ etiã arbuſta:nec arbuſta tãtũ, verũ etiã cãpos curo,& exerceo,vtq; in ipſis campis nõ far,aut ſiliginem ſolam,ſed ordeum,fabam,cęteraq; legumina ſero:ſic in actione plura quaſi ſemina latius ſpargo,vt quę prouenerint,colligã. Neq; enim minus imperſpicua,incerta, fallacia ſũt iudicum ingenia, q̃ tempeſtatum,terrarumq́;. Nec me pręterit ſummum oratorem Periclem ſic a comico Eupolide laudari,

πρὸς δέ γ' ἂυ τούτῳ, τάχει
πειθώ τις ἐπεκάθητο τοῖσι χείλεσιν,
ὅυτως ἐκήλει, καὶ μόνος τῶν ἐκτόρων
τὸ κέντρον ἐγκατέλιπε τοῖς ἀκροωμένοις.

Verũ huic ipſi Pericli nec illa πειθὼ, nec illud ἐκήλει breuitate,

Reſpondi)Regulo. Fieri)euenire. Genu)pars leuior cauſę. Perſtat in tranſlatione cũ iã p̃miſerit iugulũ. Iugulũ)firmiſſimũ argumentũ.minuendo ſuam facultatẽ Reguli ſubſannat arrogantiã. Omnia ) omnes

Prouerbia.

partes cauſę. πάντα λίθον κινῶ.)omnem lapidem moueo.huius prouerbij multi meminere. Nicarchus in epigrammate, πάντα λίθον κινῇ. Baſilius ad monachos.πάντα λίθον κατὰ τὴν παροιμίαν κινοῦντες.Et qui græce vitã Auguſti ſcripſit, πάντα λίθον κινῶν τὸ τῆς παροιμίας.Simile illud, πάντα κινήσω πέτρον, quod Suida pariter ſcribitur.Eius originem inde tractam inuenio.Polycrati Thebano ementi locum vbi Mardonius caſtrametatus fuerat: reſpondit oraculum,vt inibi foderet, & omnem lapidem moueret:futurum,vt magnam auri copiam offenderet. Quidam tractum putant a venatoribus, qui feras indagantes magna diligentia omnia perluſtrant. In cultura agri)in colendis agris. Ar-

Arbuſtum.

buſta)loca arboribus cõſita,vel arbores quibus vites maritant. vnde Plin. Nobilia vina nõ niſi in arbuſtis gigni confirmat, & vlmum,populum nigram,fraxinum,ficum,oleam,cornum, tiliam,acerem,ornum,carpinum, quercum, ſalicem, inter arbuſta cõnumerat: ſecutus Varronem, qui præcipit arbuſta ſerenda in ſpatium quincuncis , & vineas ac arbuſta putãda. ſic docet Columella arbuſtum faciundum,& arbuſtiuam vitem arbuſto cõiunctam retulit. Palladius ſimi-

Arbuſtare.
Arbutus.
Siligo.

liter.Plinius etiam Arbuſtare agros,pro arbuſtis conſerere vſus eſt. Arbuſtum Cato & eum imitatus Seruius pro loco arbuſculis referto vſurpauere.at Arbutum inter ſemper virentes arbores enumerat Theophraſtus. Exerceo) colo,aro. Siliginem )Theophraſto & Plinio authoribus,ſiligo genus grani nunquàm pariter matureſcit,nec vlla ſegetum minus dilationem patitur.propter teneritatem matura grana protinus decidũt, ſed minus quàm cætera frumenta periclitatur in ſtipula:quoniam ſemper rectam habet ſpicam,nec rorem cõ-

Prouenio.
Impſpicua.
Pericles.
Tempeſtas.

tinet,qui rubiginem faciat.Tria eius genera,bromos,ſiligo exceptitia,& tragos. Semina)argumenta. Prouenerint) prouentum & meſſem bonam reddiderint,iuuerint. Imperſpicua ) incognita, dubia. Incerta fallacia ) incerta ad cognoſcendum,an fallant.An magis diſiunctim legatur,incerta,fallacia. Ingenia tempeſtatum) naturæ temporum qualitates bonę ſiue malæ : nam tempeſtas vocabulum medium eſt. Summum oratorem Periclem ) de cuius dicendi copia ſic accepimus , vt cum contra voluntatem Athenienſium loqueretur pro ſalute patriæ , ſeuerius tamen id ipſum,quod ille contra populares homines diceret : populare omnibus & iucundum videretur: cuius in labris veteres Comici,etiam cum illi male dicerent, quod tum Athenis fieri licebat,leporem habitaſſe dixerunt:tantamq; in eo vim fuiſſe vt in eorum mentibus qui audiſſent quaſi aculeos quoſdam relinqueret.Præſtitit igitur Pericles doctrina,conſilio,eloquentia per quadraginta annos quibus in patria, & vrbanus eodem tempore & bellicis rebus præfuit, atque Anaxagoræ Phyſici auditor fuit.Hæc ſumpta ex M. Tullio,& Valerio Maximo. de illo tamen longe plura Thucydides & Plutarch.quem aſſerunt ob eloquentiam cognominatum Olympium.Meminit ſequentium verborum Lu-

Eupolidis elogium de Pericle.

cianus in laudatione Demoſthenis,& Suidas,ſed breuius, τοία δέ τις ἐπεκάθητο πειθὼ τοῖς χείλεσι τοῦ ἀνδρὸς,id eſt talis autem quædam ſubſidebat ſuadela labris viri. πρὸς δέ γ' ἂν τούτῳ, ἡ πειθώ τις ἐπεκάθητο τοῖς χείλεσιν. οὕτως ἐκήλει, καὶ μόνος τῶν ῥητόρων τὸ κέντρον ἐγκατέλιπε τοῖς ἀκροωμένοις, id eſt ad hoc rurſus huic ſuadela quędam ſubſidebat labris: adeo,demulcebat,& ſolus rhetorum aculeum relinquebat auditoribus. Quæ verba Eupolidis veteris comediæ ſcriptoris ſæpe Cicero tranſtulit ad nos.vt de Claris Oratoribus,de Pericle ſcripſit Eupolis,cum delectatione etiam aculeos relinquebat in animis eorum, a quibus eſſet auditus. Et, Vberius veteris comediæ maledica lingua,quàmuis potentiam viri perſtringere cupiebat, tamen in labris hominis melle dulciorem leporem fatebatur habitare,atque animis eorum qui illum audierant , quaſi aculeos quoſdam relinqui prædicabat.Ac Fabius libro decimo, Quod de Pericle vetus teſtimonium eſt , in Platonem tranſ-

πειθώ.

ferri poteſt iuſtiſſime,in labris eius ſediſſe quandam perſuadendi deam . Sic enim interpretatur πειθὼ , quæ ſane ab antiquis colebatur . Nam tradit Pauſanias Thebis in templo Veneris fuiſſe eius deæ imaginem o-

Pitho & quibus noĩbus ſit appellata.

pus Praxitelis , & templum Pithus ſine ſtatua. Herodotus libro octauo,teſtatur apud Andros duxiſſe Themiſtoclem duas deas ſuadelam & neceſſitatem . Suidas aſſerit nihil aliud eſſe Pithus templum quàm orationem. M. Tullius cum libro tertio de Oratore leporem πειθὼ appellaſſet : de Claris Oratoribus , idem ſuadelam vocauit : cuius effectorem dicit eſſe oratorem, quam ſuadam dixit Ennius : eius autem Cethegum medullam fuiſſe vult, vt quam deam in Periclis labris ſediſſe, huius hic medullam Romanum oratorem fuiſſe dixerit. Alij Flexanimam & dicendi præſidem . Horatius etiam poeticam mellam vocauit.Et Cebetes,Inſolio inquit ſedet ſuauibus moribus, & formoſa indole mulier , quæ poculum manu tenet : ſuada vocatur, mortales omnes ſeducens . Syracuſium quendam Apollonius Pithonem appellabat oratione ſua perſuadere conantem, de quo Philoſtratus libro ſeptimo. ἐκήλει) demulcebat. Differunt enim ) breuitas

& orationis velocitas.nam breuitas eſt dicere citra cauſam,velocitas etiam copioſe ſed nimium feſtinanter & ſine mora ac tractu. Hermogenes diffinit,velocitatem eſſe compoſitionis accelerationem,qua viua & mobilis oratio videtur. Facultate)facili poteſtate dicendi. Delectare)quod includit in ſe floridũ dicendi genus. Eſt autem procemij proprium,q̃uis etiam in alijs orationis partibus opportune fiat. Perſuadere) perſuademus grandi & robuſto genere dicendi authore Quintiliano,præſertim argumentis tam ex arte q̃ ſine. Perſuaſionis loci ſunt confirmatio & refutatio ac peroratio,q̃uis etiam ſecundum rhetores in narratione debeamus perſuadere.

Breuitas & velocitas orationis.

Delectãdũ vbi & quõ.

Perſuadendum vbi & quomodo.

vel velocitate,vel vtraque (differunt enim) ſine facultate ſumma contigiſſet. nam delectare,perſuadere,copiam dicẽdi ſpatiumque deſiderat:relinquere vero aculeum in audiẽtium animis is demum poteſt, qui non pungit, ſed infigit. Adde,quæ de eodem Pericle Comicus alter, ἤστραπτεν, ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὴν Ἑλλάδα. Non enim amputata oratio & abſciſſa,ſed lata,& magnifica,& excelſa tonat,fulgurat,omnia deniq; perturbat,ac miſcet. Optimus tamẽ modus eſt, quis negat?ſed non minus non ſeruat modum, qui infra rem, q̃ qui ſupra:qui adſtrictius, q̃ qui effuſius dicit. Itaque audis frequenter,vt illud immodice & redundanter, ita hoc ieiune & infirme. Alius exceſſiſſe materiam, alius dicitur non impleſſe:æque vterque,ſed ille imbecillitate, hic viribus peccat.quod certe & ſi non limatioris,maioris tamen ingenii† indicium eſt. Nec vero cum hæc dico:illum Homericum ἀμετροεπῆ probo, ſed hunc, καὶ ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίοισιν. non quia non & ille mihi validiſſime placeat, παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως. Si tamen detur electio,illam orationem

Copiã)vbertatem orationis. Spatium)tẽporis moram, Aculeum)perſuaſionem & fidem facere. Pũgit)leuiter tangit & breuibus agit. Infigit)multis immoratur & perſuadet. Comicus alter) ſcribit. Is eſt Ariſtophanes pariter comœdiæ veteris ſcriptor, ἤστραπτεν, ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὰ πάντα,id eſt fulgurabat,tonabat,& conuoluebat omnia. M.Tullius de Perfecto Oratore, Nũq̃ inquit ab Ariſtophane poeta fulgurare tonare & pmiſcere græciam dictus eſſet Pericles, ſi tenui genere vſus fuiſſet. Et Fabi⁹ libro.xij. Quid Pericleæ ſimilẽ ne credimus Lyſiacę gracilitatis? quẽ fulminibus & cæleſti fragori comparant Comici dum illi conuicientur. Ad quę videtur Martianus alluſiſſe vbi de rhetorica agit, At vero quid cum cõmotus publici nominis atteſtatione clamauerat?fulgurare,permiſcere,ardere omnia videbantur. Quod adeo illi placuit,vt repetat hęc, Cũ in progreſſu arma concuſſerat veluti fulgoreę nubis fragore colliſo,bombis diſſultantibus fracta diceres crepitare tonitrua. Deniq; creditũ,q; inſtar Iouis poſſet etiã fulmina iaculari. Hanc totã fere Gręciam miſcuiſſe ferebant.vnde quidam codices apud Secundũ pro πάντα, Ἑλλάδα habent.i.Gręciam. Iiſdem fere verbis Suidas de Salmoneo vtit̃ ἤστραπτεν ἐβρόντα ξυνεκύκα τὰς τῶν ὑπηκόων ψυχάς,id eſt fulgurabat,tonabat,ptrurbabat ſubditorũ animos. Amputata)breuius circũciſa. Abſciſſa)manca. Lata)copioſa. Magnifica)ſublimis. Excelſa)illud dicendi genus admirabile cõtinens. Optimus tamen modus eſt)reſpondet quę poſſent obijci:tenendum eſſe modum in oratione ne ſit nimiũ redundans. Nõ minus)pariter. Infra rem)quę dicit nimiũ breuiter,& ieiunius q̃ cauſa exigit. Supra rẽ,redũdanter,& extra cauſam. Qui aſtrictius)non minus non ſeruat modum qui dicit minus,q̃ ille qui dicit immodeſtius. Redũdanter)exceſſiue dixiſſe. Hoc) alicuius actionem. Ieiune)aride. Infirme)infra cauſam.vnde M.Tullius de Perfecto Oratore,vtrũq; genus improbat. Meæ inquit aures & perfecto completoq; verborũ ambitu gaudent,nec curta ſentiunt,nec amant redundãtia. Sicut enim cauẽda eſt oratori preſſo inopia,& ieiunitas:ita amplo inflatũ,& corruptũ dicẽdi genus. Nã copia authore Fabio modũ habet:ſine quo nihil nec laudabile,nec ſalutare eſt. Hinc de Claris Orat.tradit Cicero,Apolloniũ Molonẽ ſummũ oratorẽ dediſſe operã vt nimis redũdantẽ & ſuperfluentẽ iuuenili quadam dicẽdi impunitate & licentia reprimeret, & quaſi extra ripas difluentẽ coerceret. Materiã) propoſitã cauſam nõ impleſſe,ieiune dixiſſe. Aeque peccat)excedendo regulã & pręſcriptum.an quia peccata paria,vt alibi latius docebimus. Ille)qui infra dixit. Hic)qui ſupra. Aduerte hic,& ille poſitũ a Secũdo cõtra multorũ vſum,apud quos ille reſpicit longiora,hic ꝓpinquiora. Sunt tñ authores probati qui ſimiliter vtũtur, qđ nos in ſequẽtibus latius annotauimus. Viribus)nimijs. Limatioris)abſolutioris. Vitiũ)peccatũ,ſed quod peccatũ maius in eo ingeniũ eſſe indicet. Hinc aliqui non vitiũ ſed indiciũ legũt:quod magis ꝓbo.nullũ enim ingeniũ limatũ eo quod eſt limatũ vitioſum eſt. Maioris)copioſioris. In quam ſentẽtiã pedibus iuit Fabius de Steſichoro loquẽs,Sed redũdat atq; effunditur:quod vt eſt reprehẽdendũ,ita copia vitiũ eſt. Etiã libro ſecũdo dixerat,Peius vitiũ eſſe,quod inopia,q̃ quod ex copia veniret:facile remediũ vbertatis,ſterilia nullo labore vinci Quam rem M.Tullius libro ſecundo de Oratore ſic tractauit, Volo ſe efferat in adoleſcẽte fœcunditas:nã facilius reuocantur ea quæ ſeſe facilius profuderũt,q̃ ſi nihil valet materies. Noua ſarmẽta cultura expũtãtur:ita volo eſſe in adoleſcẽte vnde aliquid amputẽ. Nõ enim poteſt in eo eſſe ſuccus diuturnus, qđ nimis celeriter eſt maturitatẽ aſſecutũ. Sic fortaſſe nos aridiores quidã notabũt,tanq̃ copioſius Secũdũ interpretantes,ſed hæc multis,nõ delicatis ſcripſimus. Illũ homericũ)illũ Homeri verſum,ex ſecũdo Iliados, Θερσίτης δ᾽ ἔτι μοῦνος ἀμετροεπὴς ἐκολῴα ὃς ἔπεα φρεσὶν ᾗσιν ἄκοσμά τε πολλά τε ᾔδη μάψ .i.Therſites autem adhuc ſolus ſine verborũ mẽſura tumultuabat.qui certe verba mentibus ſuis incompoſita,multaq; nouerat fruſtra. Hunc) verſum ex tertio Iliadis in laudem Vlyſſis, καὶ ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν, id eſt & verba niuibus ſimilia hyemalibus. nam eius oratio copioſe fluebat inſtar niuium. M.Tullius de Claris Orat.vim dicendi tradit aſſignatam Vlyſſi ab Homero. Ille) verſus ſuper oratione Menelai ex eodem Iliadis libro. παῦρα μὲν ἀλλὰ μάλα λιγέως ἐπεὶ οὐ πολύμυθος, id eſt pauca quidem, ſed valde acriter, quia non multiloquus erat. De quo

Periclis fulmen.

†vitium

Modus in oratione tenendus.

Non min⁹.

De copia.

Hic & ille

Therſites.

Vlyſſes.

Cicero, Menelaum dulcem illum quidem refert Homerus, ſe pauca dicentem. Breuitas autem laus eſt interdū in aliqua parte dicendi, in vniuerſa eloquentia laudem non habet. Omiſit Secundus tertium dicēdi genus ab eodem poeta ſub oratione Neſtoris deſignatum, ἠ δ' ἀνόρουσε λιγὺς πυλίων ἀγορητὴς, τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδὴ, id eſt ſuauiloquus ſurrexit acer Pyliorum concionator: Cuius etiam a lingua melle dulcior fluebat vox. Quod etiam aſſerit Cicero, & Plutarchus pleraq; Homeri exponens, Neſtorem refert ſuauiloquum introduci, & gratum auditoribus: Menelaum breuem, & elegantem, neceſſaria perorantem: Vlyſſem

Neſtoris eloquentia.

ſimilem niuibus hybernis, id eſt crebram, aſſiduam, & largam: poſtremo diuinam, & cæleſtē volo. At eſt gratior multis actio breuis. Eſt quidem, ſed inertibus, quorum delicias deſidiamque, quaſi iudicium reſpicere, ridiculum eſt. Nam ſi hos in conſilio habeas, non ſolum ſatius eſt breuiter, ſed omnino non dicere. Hęc eſt adhuc ſententia mea, quam mutabo, ſi diſſenſeris tu. Sed plane cur diſſentias, explices rogo. Quis enim cedere authoritati tuæ debeam, rectius tamen arbitror in tanta re, ratione, q̃ authoritate ſuperari. proinde, ſi non errare videor, id ipſum, q̃ voles breui epiſtola, ſed tamen ſcribe: confirmabis enim iudicium meum. Si vero errare, longiſſimam para. Non corrupi te, qui tibi, ſi mihi accederes, breuis epiſtolæ neceſſitatē: ſi diſſentires, longiſſimæ impoſui? Vale.

vehemētem & copioſum. quod apud nos Quintilianus ita ſcripſit, Homerus breuem quidem animi iucunditatem & propriā (id enim eſt non errare verbis) & carentem ſuperuacuis eloquētiam Menelao dedit. ex ore Neſtoris dixit dulciorem melle ꝓfluere ſermonem: qua certe delectatione nihil fingi maius poteſt. Vlyſſi facūdiam, & magnitudinem iniunxit: cui orationem niuibus hybernis & copia verborum, atq; impetu parem tribuit. Crebram) velocem, inſtātem. Largam) copioſam. Diuinam) qualis fuit Pericli. Multis) vulgaribus, idiotis more gręco. Eſt quidem) cōfirmat obiecta. Inertibus) delicatis, & malis auditoribus, qui grauantur audire neceſſaria. Iudicium reſpicere) velle dicere illos habere iudicium in eloquentia. In conſilio) iudicis. Sed omnino) melius eſt. Hæc ſententia) orationem debere eſſe copioſam. Cur rationes & cauſas, quibus potius breuiter dicendum ſit. Cedere) parere, credere. Tanta re) tanti ponderis, & difficultatis. Proinde) quare. Non errare) vera ſentire de modo dicendi. Id ipſum) meam ſententiam ſcribe. Sed tamen) ſed omnino reſcribe. Iudicium meum) ſcribendo tibi placere copiam. Si errare) videor. Alia lectio, ſi errauero: placet ſuperior. Longiſſimam para) multa argumenta, & rationes quibus noſtra confutes. Non corrupi te) imponendo neceſſitatem longioris epiſtolæ, ſi diſſentires: & breues litteras approbando, ſi mecum ſentires. Alij legunt num. An cum longam epiſtolam peto, te a vero iudicio remoui, ne haberes neceſſitatem ſcribendi longiorem epiſtolam ſi diuerſa ſentires? Solent enim plerūq; vel nimium occupati amico ſententiam facile concedere: ne ſi ſecus ſenſerint, cogantur animum intendere refellendo.

Proinde.

## C. PLIN. PATERNO SVO S.

VT animi tui iudicio, ſic oculorum plurimū tribuo: non quia multum ne tibi placeas, ſed quia tantum, quātum ego ſapis, quanq̃ hoc quoq; multum eſt. Omiſſis iocis, credo decenteis eſſe ſeruos, qui ſunt empti mihi ex cōſilio tuo. ſupereſt, vt frugi ſint: quod de venalibus, melius auribus q̃ oculis iudicatur. Vale.

Argumētū.

VT) Commendat ſeruos iudicio Paterni empros eſſe decoros: ſupereſſe vt ſint frugi. Et Paterno, vel Materno ſcriptam epiſtolam in varijs exemplaribus notaui. ¶ Paternum Præfectum Prætorij a Commodo trucidatū legimus. Dion Maternum militem ſcribit. Vtriuſq; meminit Martialis: nam libro decimo, municipem ſuum teſtatur dicens, Iuris & æquarum cultor ſanctiſſime legū, Veridico Latiū q regis ore forū: Municipi Materne tuo veteriq; ſodali Galliacū mādas ſi qd ad occeanū. Et .xij. ditiſſimū oſtēdit fuiſſe Paternū, Nūmi cū tibi ſint opeſq; tantę, Quantas ciuis habet Paterne rarus. Diō refert Domitianū occidiſſe Paternū Declamatorē, ꝙ cōtra tyrānos declamaſſet. Et de re militari ſcripſiſſe Paternū tradit Martianus Iuriſcōſultus, ac Iuliū Maternū nominat Vlpianus. Animi iudicio) vel literarū, vel prudētiæ. Libro quarto ſup ſuis hendecaſyllabis iudiciū eius requirit. Nō) tribuo tibi plurimū qa multū ſapis: & hoc facio. Ne Tibi placeas) ne efferaris, ſurgāt tibi ī vertice criſtę ex laudatiōe. Martialis, Ne tibi regali placeas Cleopatra ſepulcro. & Fabius pariter. Multū eſt) ſapere quātū ego. Iocat̃ cū amico Secūdus: vnde poſtea omiſſis iocis ſerio loquit̃. Decētes) formoſos, decoros. Mihi) ad vſum meū, mea cauſa. Frugi) fructuoſi, vtiles, neceſſarij: in quib⁹ ſit aliqd quo fruamur. vñ etiā deductū frugalitatis vocabulū putat Quintilianus, ꝙ fruges hūano generi ſint neceſſarię. Author eſt Marc⁹ Tulli⁹, frugi hoīem ſignificare nō ſolū vtilē, ſed moderatū & tēperātē & parcū, ac in Epiſtolis ad Atticū, referri ad ſeruos & libertinos. qd cognomē in L. Piſone maxīe laudatū fuit. q̃q̃ idē ꝓ Deiotaro frugalitatis verbo laudari Regē nō ſolere dicat: & frugi hoīem nō multū habere laudis ī Rege. Frugi ſecūdū Grāmaticos aptotō eſt a prīa ſui poſitiōe nō cadēs. Venalib⁹) ſeruis venū expoſitis. Aurib⁹) dū loquunt̃. Poteſt alluſiſſe ad Aeſopū deformē q ob ſcōmata empt⁹ potius q̃ cęteri formoſiſſimi cōſerui. An aurib⁹, ſi male audiāt an bene. Oculis) quibus tātū intuemur pulchritudinem.

Paternus Maternus.

Frugi.

Frugalitas.

Aptoton.

DIu) Reddit cauſas Catilio ſuo tam diutinæ in vrbe moræ, ꝙ Titus Ariſton, cuius peritiã iuris ita lau dat, vt admiretur: vitã probat, vt ſupra philoſophicã extollat: graui valetudine premebatur. ꝙ ſi deus (ſic medici ſpõdebãt) meliora annuiſſet, ſe ſtatim Laurentinũ ſuũ ad ociũ litterarũ petiturum, ſcribit. ¶ Catilius Seuerus a Traiano Conſul, iterũ ab Adriano creatus: dein Syrię Prępoſitus: mox Præfectus vrbis ſub eodẽ, cũ Antonini Pij adoptionẽ factã doluiſſet, re prodita ꝙ ſibi imperium prępararet, accępto ſucceſſore dignitate priuatus eſt: prius tamẽ grauiter ab Imperatore obiurgatus. Fuit aũt Catilius maternꝰ proauꝰ Antonini Philoſophi, q poſtea imperauit. Et ſi ſciã apud Spartianũ, Catalium ſcribi: & paulo poſt Attilium. ac Iuriſconſultus Florẽtinus, & eũ ſecutus Iuſtinianus in Inſtitutionibus prodiderint Statilio Seuero diuũ Adrianũ reſcripſiſſe. Hęreo) maneo inuitus, detineor, implicitus ſum. Attonitus) ſtupidus, & mentis inops: nã attonitus proprie is dicitur, cui caſus vicini fulminis, & ſonitus tonitruum dãt ſtuporem. Pertinax) nimiũ pſeuerans, continua. Titi Ariſtonis) cuius officia grata & iucunda erant Secũdo. Ariſtonem Iuriſconſultũ fuiſſe Traiani temporibus: & eius conſilio Imperatorem vſum teſtatur Papinianus. & Vlpianus plerunq; illius mentionẽ facit. Fuit & Saluius Ariſto quem Iuliano reſcripſiſſe Iulianus, titulo de Legatis refert.

Argumẽtũ.
Catilius Seuerus.
Catalius.
Statilius Seuerus.
Hæreo.
Attonitus.
Pertinax.
Titꝰ Ariſto.
Saluius Ariſto.

## C. PLIN. CATILIO SEVERO SVO S.

DIu iam in vrbe hæreo, & quidem attonitus. Perturbat me longa, & pertinax valetudo Titi Ariſtonis, quem ſingulariter & miror & diligo. nihil eſt enim illo grauiꝰ, ſanctius, doctius: vt mihi non vnus homo, ſed literę ipſę omneſq; bonę artes in vno homine ſummum periculum adire videantur. Qꝫ peritus ille & priuati iuris, & publici! quantum rerum! quantũ exemplorum! quantum antiquitatis tenet! nihil eſt, quod diſcere velis, quod ille docere non poſſit. Mihi certe quoties aliquid abditum quæro, ille theſaurus eſt. Iam quanta ſermonibus eius fides! quanta authoritas! quàm preſſa & decora cunctatio! Quid eſt, quod non ſtatim ſciat! & tamen plerunque hęſitat. Dubitat diuerſitate rationum: quas acri magnoque iudicio ab origine cauſſiſque primis repetit, diſcernit, expendit. Ad hoc ꝗ parcus in victu! ꝗ modicus in cultu! Soleo ipſum cubiculum eius, ipſumque lectum, vt imaginem quandam priſcæ frugalitatis aſpicere. Ornat hæc magnitudo animi, quæ nihil ad oſtentationem, omnia ad conſcientiam refert: recteq; facti, non ex populi ſermone mercedem, ſed ex facto petit. In ſumma, non facile quen-

Nihil eſt illo grauius) modus dicendi elegantiſſimus, pro nemo eſt illo viro prudẽtior & circũſpectior ac venerabilior. vnde leues, contẽnendos & vanos dicimus. Sanctius) morum integritate. Doctiꝰ) multiplici ſciẽtia. Litterę ipſæ) oĩs res litteraria. Vno hoĩe) perinde ac ſi diceret, oẽs bonę artes periclitant̃ ęgrotãte Ariſtone: q ſi interierit, vident̃ mihi cũ illo moriturę. Iuris publici & priuati) qđ Iuſtinianus ita diffiniuit, Publicũ ius eſt quod ad ſtatũ rei Romanæ ſpectat. Priuatũ quod ad ſingulorum vtilitatẽ. Quare Cæcilius alibi ad Ariſtonẽ ſcribẽs, Cũ ſis, inquit, peritiſſimus & priuati iuris & publici. cuius pars Senatoriũ eſt. Caius Iuriſconſultꝰ deſcribit, publicũ eſſe qđ ratio naturalis inter oẽs gẽtes cõſtituit: id apud oẽs peręque cuſtodiri, vocariq; ius gẽtiũ, quaſi quo iure oẽs gẽtes vtunt̃. quod q̃ſq; populus ſibi cõſtituit, id ipſius ꝓpriũ ciuitatis eſſe, vocariq; ius ciuile, quaſi ius ꝓpriũ ipſius ciuitatis. Quod ſumptũ videt̃ a M. Tullio, aliud eſſe ius gẽtiũ aliud ius ciuile in Officijs deſignãte. Iuriſprudẽtiã Vlpianꝰ inqt eſſe diuinarũ atq; hũarũ rerũ notitiã. de cuiꝰ partitione latius habes primo. ff. & apud Philoſophos. Rerũ) quarũ obſeruationẽ quadruplicẽ eſſe tradũt. an magis hiſtoriarũ, cũ paſſim ꝓ hiſtorijs res ponant̃. Exẽplorũ) quorũ vſus ſi cũ materia iungat̃ plurimũ poteſt. Antiquitatis) ſeueritatis antiquę. an rerũ & verborũ veterũ gnarus, vel potius ꝙ ius. xij. tabularũ optime norat, cũ id eſſet antiquũ ius. Nihil eſt) nulla diſciplina eſt. Hic mihi videtur Cæcilius, dum laudat Ariſtonẽ, demonſtrare illũ ſummũ oratorẽ quẽ Craſſus apud M. Tullium quærit: omni laude cumulatũ, qui naturas & hominũ mores ſciat, & hiſtorias, antiquitates, reip. adminiſtrationẽ, deniq; ipſum ius ciuile cognoſcat. Theſaurꝰ) arca, cuſtos rerum reconditarũ. Abditũ) incognitũ, non vulgare: nã lib. ix. ſubtiliter diſputat & quęrit ab Ariſtone de Senatorio iure. Authoritas) fides ex fama quęſita. Preſſa contatio) diligens mora & emuncta. Apuleius preſſiorẽ cautelã pro vigilantiore & diligẽtiore dixit. Sic preſſiores cogitatiões. i. intẽtiores. Et preſſum, pro apprime. Nec Quintilianns preſſum ac limatũ dicẽdi genus improbat. Video etiã preſſum ꝓ attenuato vſurpari. Secũdus lib. vij. Preſſus ſermo & purus ex epiſtolis petitur. Decora) non nimia nec ſine gratia. Hæſitat) moratur anteꝗ reſpõdeat: nõ ꝙ ei rationes deſint, ſed multitudine earũ & diuerſitate dũ illas diligẽter expẽdit. Ab origine) a pricipio, a cauſis, & primis motibus: qđ philoſophorũ ꝓpriũ eſt. vnde fit vt nõ decipiat̃. Diſcernit) partit̃: nã ex diuiſione res illuſtrant̃. Expẽdit, ad amuſſim & diligẽter examinat. Ad hęc) ꝑterea. Poſt doctrinã, mores Ariſtonis cõmendat. Parcus) abſtinẽs, tẽperatus. Cultu) veſtitu. Priſcæ frugalitatis) Magnę parſimonię. Fuerũt em̃ ãtiq ꝑciſſimi. Magnitudo) fortitudo: nã Seneca autumat magnanimitatẽ & fortitudinẽ idẽ eſſe, nihilq; aliud in rebꝰ hũanis magnũ, niſi aĩm magna deſpiciẽtẽ. Diogenes magnanimitatẽ deſcribit eẽ ſciẽtiã, ꝗ habitũ facit excelſiorẽ oĩbꝰ ꝗ cõtigere poſſint ęqualiter bonorũ ac malorũ.

Ad cõſcientiã) in qua voluerunt verã trãquillitatẽ cõſiſtere, non in oſtẽtatione. Ariſto igit̃ cũ quid benefactũ a ſe fuiſſet, ex cõſciẽtia ſola, nõ ex populari aura pręmiũ petebat: quibꝰ virtutibꝰ ſui tẽporis Philoſophos lõge anteibat. Ex facto) re bene geſta. Præferũt) ſimulant, prętexunt. Studiũ ſapientiæ) Philoſophiam,

Nihil eſt illo grauius.
Leues.
Iuſpublicũ & priuatũ.
libro. viij.
Ius gẽtium & ciuile.
Res.
Preſſus.
Magnanimitas & fortitudo.

Habitu corporis)barba & pallio. Athenęus pariter libro nono,& pluribus decimo, inſectatur ſimulantes philoſophũ baculis & intõſis barbis. Nõ facile cõparabis)quia multo ſuperior illis eſt. Is eñ q ſtudet, ſecundũ Ciceronẽ, omniũ rerũ diuinarũ atq; humanarũ vim, naturã, cauſaſq; noſſe, & oẽm bene viuendi rationem tenere & perſequi, noĩe Philoſophi appellatur: quãtomagis qui illa optime norit, & perſequit̃. Gymnaſia) ſcholas exercitationes. Suidas academiã, lyceũ, cynoſarges, tria Atticę gymnaſia fuiſſe tradit: in quibꝰ nõ ſolũ corporis vires, ſed etiã animi exercebãt. vnde & quandã Dialecticę partẽ q̃ in exercitatione cõſtabat Gymnaſium dixere & Gymnoſophiſtas Indorũ philoſophos ad reſpondendũ acute & prõpte exercitatos. Hic faciũt illa Ciceronis verba ex ſecundo Oratoris, Sæculis multis añ gymnaſia inuẽta ſunt, cũ in his Philoſophi garrire cœperũt, & hoc ipſo tẽpore teneãt: tamẽ eorũ auditores diſcũ audire q̃ philoſophũ malunt: qui ſimulac increpuit in media oratione, de maximis rebus & grauiſſimis diſputantẽ philoſophũ oẽs vnctionis cauſa relinquunt. Ex quibus apparet gymnaſia in vſu fuiſſe & corpori & ingenio exercẽdo. Porticus publicas) quo ſolet frequẽs turba cõueni re. Stoicos deſignat quorũ princeps Zeno orationẽ formabant ad porticũ pœcilen quæ & peſianacta dicebatur. Eo igit̃ diſcipuli cõfluebant: atq; ideo Stoici vocati, ꝙ græce στόα latine porticus appelletur. Aliorũ)auditorum. Toga)officio. Aduocatione)patrocinio, aduocatos accipere debemꝰ oĩno oẽs qui cauſis agendis quoquo ſtudio operant̃. Cõſilio, reſpõdẽdo. Cõſilia etiã nũc vulgo reſpõſa prudentũ dicũtur. Duo tetigit quæ iuriſperitus facit, agere & cõſulere. Iſtorũ) philoſophorum. Etiã primo loco)q principatũ inter Philoſophos obtinẽt. Opertus)pannis intectus, vt facilius ſudorem exprimat. Tranſmittat)prætereat ſufferat. Summa)articulo, periculo. Inſuperabilis)inſanabilis. Sponte)præueniendo mortem. Difficilis) dura & pertinax. Maneret) viueret, duraret. Dandum precibus vxoris)ratio qua vitam protraheret, niſi medici deſperaſſent reſpectu vxoris & filiæ & amicorum. Dandum)concedendum hoc. Sic ad Hiſpanum ſcribit, Demus hoc tuis, demꝰ optimi adoleſcentis honeſtiſſimis precibus. Inanes)fruſtra ſperando eum poſſe conualeſcere. Arduum) difficile inuentu in vno alio. Laudabile cum virtus circa difficilia conſiſtat. Impetu)furore. Multis)vulgaribus. Gladiatores & ſeruos ſæpe vidimus mortem conſtanter appetere, inquit Seneca, & belluas in ferrum irruere. Expendere)rationes examinare. Conſilium vitę)viuendi deliberationem. Ponere)omittere. Secunda)bonam valetudinem. Deus)ſine cuius nutu & conſilio noſtræ ſpes irritæ. Laurentinum)rus: cuius loci & ſitus amœnitate captus plurimum oblectabatur ocio literarum. Pugillares) tabellas in quibus ſcribitur. Studioſum ocium) quia poteſt eſſe alterius rei ocium vt ignauię. Aſſidenti)coram Ariſtone ægrotante. Vacat)cum ſim occupatus circa remedia valetudinis. Anxio)abſenti ſed cum dolere & cura. Quid timeam)mortem Ariſtonis. Optem) ſanitatem. Deſtinem) ſtudium in ſeceſſu. Iſta obtinent vicem epilogi. Lætioribus)non triſtia, ſicut meæ, ſed læta continentibus. Confuſioni) perturbationi, dolori. Nihil quereris)nihil querulum & triſte in illis ſcripſeris.

Philoſophus quis. Gymnaſia. Gymnaſiarchæ. Gymnoſophiſta. Porticus. Stoici. Aduocatꝰ. Conſilia. Pugillares. Ocium ſtudioſum.

quam ex iſtis, qui ſapientię ſtudium habitu corporis præferunt, huic viro cõparabis. Non quidem gymnaſia ſectatur, aut porticus, nec diſputationibus lõgis aliorũ ocium, ſuũq; delectat: ſed in toga, negociiſq; verſat̃: multos aduocatione, plures cõſilio iuuat. Nemini tamen iſtorum caſtitate, pietate, iuſtitia, fortitudine, etiã primo loco ceſſerit. Mirareris ſi intereſſes, qua patiẽtia hanc ipſam valetudinẽ toleret, vt dolori reſiſtat, vt ſitim differat, vt incredibilem febriũ ardorem immotus opertuſq; tranſmittat. Nuper me, paucoſq; mecum, quos maxime diligit, aduocauit, rogauitq;, vt medicos conſuleremus de ſumma valetudinis, vt ſi eſſet inſuperabilis ſpõte exiret e vita: ſin tantũ difficilis, & lõga, reſiſteret, maneretq;. Dãdum enim precibus vxoris, dandum filiæ lachrymis, dandũ etiam nobis amicis, ne ſpes noſtras, ſi modo nõ eſſent inanes, voluntaria morte deſereret. Id ego arduum in primis, & pręcipua laude dignũ puto. Nã impetu quodã, & inſtictu procurrere ad mortẽ, cõmune cũ multis: deliberare vero, & cauſſas eius expendere, vtq; ſuaſerit ratio, vitę mortiſq; cõſiliũ ſuſcipere, vel ponere, ingẽtis eſt animi. Et medici quidẽ ſecũda nobis pollicẽtur. Supereſt, vt promiſſis deus adnuat, tandemq; me hac ſolicitudine exoluat. qua liberatus Laurẽtinũ meũ hoc eſt libellos, & pugillares, ſtudioſumq; ociũ repetam. Nunc enim nihil legere, nihil ſcribere, aut aſſidenti vacat, aut anxio libet. Habes, quid timeã, quid optem, quid etiam in poſterum deſtinem. Tu quid egeris, quid agas, quid velis agere, inuicem nobis, ſed lætioribus epiſtolis ſcribe. Erit confuſioni meę non mediocre ſolatium, ſi tu nihil quereris. Vale.

Argumẽtũ. Pompeius Falco.

COnſulis) Pompeius Falco, ad quem diuũ Adrianum epiſtolam de caſibus infecti teſtamenti Vlpianus ſcripſiſſe tradit, ſub Pertinace Conſul libere Imperatorem pupugit: ſed nec minus acriter quàm prudenter ab Imperato-

## C. PLIN. POMPEIO FALCONI SVO S.

COnſulis, an exiſtimem te in Tribunatu cauſas agere debere. Plurimum refert, quid eſſe Tribunatũ putes: inanẽ vmbram, & ſine honore nomen, an poteſtatem ſacroſanctam,

re remorſus eſt,cui poſtea Falco imperare volēs,parauit inſidias:de quo cōqueſtus eſt in Senatu Imperator.
Falconi tñ pepercit,& a Senatu impunitatē eius petijt.Deniq; Falco in reb⁹ ſuis ſecurus vixit, & hęrede filio
perijt,q̄uis multi Falconē neſciſſe dixerint, Imperiū ſibi parari.Huic igitur cōſulēti an in Tribunatu pl.cauſas
ageret:reſpōdet Secundus,ſe dū Tribunatū ageret ab aduocationē abſtinuiſſe:eauſaſq;,quibus motus fuerit,
enumerat. ¶ Te decere) Legitur etiā debere . In Tribunatu cauſas agere)dū geris Tribunatū defendere reos [Tribuni cauſas agere]
oratione.Paulus tertio.ff.Qui magiſtratū initur⁹ eſt,idoneus defenſor nō intelligitur. Quid eſſe Tribunatū)

& quam in ordinem cogi,vt a nullo,ita ne a ſe quidem deceat.Ipſe cum Tribunus eſſem,errauerim fortaſſe, qui me eſſe aliquid putaui: ſed tanquam eſſem,abſtinui cauſis agēdis:primum,quod deforme arbitrabar,cui aſſurgere,cui loco cedere omneis oporteret,hunc omnibus ſedentibus ſtare: & qui iubere poſſet tacere quemcunque, huic ſilentium clepſydra indici: & quem interfari nefas eſſet, hunc etiam conuicia audire: & ſi inulta pateretur,inertem:ſi vlciſceretur, inſolentem videri. Erat hic quoque æſtus, ante oculos, ſi forte me appellaſſet vel ille, cui adeſſem, vel

Tribunatus dignitas plebeia,L.
Iunio Bruto & Spurio Sicinio [Tribunatus]
inſtātib⁹inſtituta:cuius dignita- [pl. p̄ſtantia.]
tis officiū erat,læſis plebeijs con
tra potētiores auxilio eſſe, qđq;
hi plebē rogaſſent, id ratū eſſet.
In ſumma,ius Tribunitiæ pote
ſtatis magis ad impediēdū, q̄ ad
agendū introductū. Vmbrā)
magiſtratū. Inanē)ſine poteſta
te,tanq̄ circulū ad tabernā. Si- [Tribunatus]
ne honore)nā etiā quidā tradūt [an magiſtra]
Tribunatū pl. nō eſſe magiſtra- [tus.]
tum.vñ creato Dictatore cæteri
magiſtratu abibāt pręter Tribunos.Satis tñ cōſtat Tribunatū fuiſſe ſūmā poteſtatē poſt Dictatorē : qui ſi ab-
fuiſſet in vrbe primā ac fere ſolā. Sacroſanctā)venerabilē tanq̄ rem diuinā,& deo cōſecratā: cuius cōtrariū [Sacroſan-]
prophanū.M.Tullius pro Cor.Balbo,Sacroſanctū eſſe nihil poteſt,niſi qđ populus plebsve ſanxiſſet:& ſan [ctā & pro-]
ctiones ſacrandę ſunt aut genere ipſo,aut obteſtatione,& cōſecratione legis aut pœnę:cū caput eius qui con [phanam.]
tra fecit,cōſecrat.Nā creati Tribuni primi hanc legē tulerūt, Tribunū inuitū tanq̄ vnū e multis nemo cogito
agere,neq; verberare,neq; alteri vt verberet imperato,neq; occidito,neq; occidi iubeto.ſi quis autē ꝓhibitorꝫ
horū aliqd fęcerit impius,execrabiliſq; eſto:bonaq; ei⁹ publicāto ad ſacra Cereris.& q aliquē hæc agentiū oc [Tribunitia]
ciderit,cædis expiatus eſto,ac ne fiat poteſtas deinceps populo abrogādi hanc legē,ſed in omne tempus reli [poteſtas.]
quū immobilis ꝑmaneat:Sit ſtatutū oēs iurare nobis ꝑ ſacra hac ſe lege ipſos,& eorū poſteros vſuros eſſe per
petuo:prexq; adiecta ſit iuramēto ſtabilientibus legē ipſam deos eſſe ꝓpitios cæleſtes:genioſq; & manes,trāſ
grediētibus vero numina aduerſa fieri:tanq̄ maxime polutioni obnoxijs:ex hiſq; cōſtitutus Romanis mos ſa
croſāctа eſſe Tribunorū corpora. In ordinē cogi)redigi,emēdari,corrigi,impediri,negligi,inter viles & ab [In ordinē]
iectos authore Priſciano,numerari.Quod ex p̄dictis apparet nō licuiſſe.Nullus enim alius magiſtratus com [cogi.]
peſcere aut ꝓhibere Tribunū poterat.vnde apud Liuiū Fuluius Conſul Tribunis inquit,Videtiſne vos in or
dinē coactos eſſe,& rem ad ſeditionē ſpectare? Et Tranquil.ſcribit Veſpaſianū altercationibus inſolentiſſimis
ab Heluidio pene in ordinē redactū.Erat eñ Imperator poteſtate Tribunitia.Pariter Claudius apud eundē
cōſcripſit ſe in ordinē coactū ob Oſtiēſibus,quia iubeūti Tyberim ſcaphas non miſiſſent. A nullo) alio q̄ a
Tribuno.nā cæteros Collegas vnū aliquod volētes,vnus tātū Tribunorū impedire pōt.Hinc Secūd⁹,deceat,
id eſt decorū ſit,dixit,nō liceat. A ſe)ſua ſponte ſubmittere ſe imperio alterius. Errauerim fortaſſe) corri
git dictū ne videat̄ iactātię crimē incurrere. Aliqd)alicui⁹ poteſtatis & honoris.ſunt q legāt aliquē. Tanq̄
eſſem)exēpli grā ac ſi fuiſſem Tribun⁹ cū vere fuerit:ſed hoc p̄textu verborū declinat arrogantiā. Aſſurgere
honorē p̄ſtare,aperire caput. Stare)pedib⁹ſtantē agere:ſic eñ dicebāt.quā cōſuetudinē etiā apud Græcos
fuiſſe oſtēdit Home.in Iliad. Clepſydra ) vaſe quo defluēte guttatim aq̄,ſicut nūc puluere,horarum ſpatia [Clepſydra.]
deſignabant̄,vel etiā quęq; tpis momēta.Apulei⁹ lib.iij.ſui aſini,Rurſum p̄conis āplo boatu citat⁹accuſator,
qdā ſenior exurgit, & ad dicēdi ſpatiū vaſculo quodā ī vicē colli graciliter fiſtulato,ac ꝑ hoc guttari defluo,
infuſa aq̄,populū ſic adorat.Et tertio Epiſtolarū Seneca,Clepſydra nō extremū ſtillicidiū exhaurit,ſed qcqd
ante defluxit.Suidas ſcribit Clepſydrā eſſe vas anguſtiſſimo ore circa fundū,ad qđ ī iudicijs aq̄ plenū ꝓpoſi-
tū dicebāt oratores,ſicut īnuit Aeſchines ī Cteſiphōtē.quā cōſuetudinē imitati poſtea Ro.nam & M.Tullius
Aulū ad clepſydrā vocat. Accipit̄ interdū ꝓ inſtrumēto aſtronomico horas metiēte,& ꝓ iudicio gręcis au-
thorib⁹ hęc aſſerētibus. Pauſanias inſuꝑ in vertice Ithonię arcis Meſſenēſiū fontē clepſydrā oriri tradit.In-
ditū & meretrici cognomētū noīe pri⁹ Metichę , poſtq̄ ad clepſydrā cōcubuit tota aqua defluēte.Inde Eu-
boli poema Clepſydra appellatū.Athenæus author,Et apud Suidā ſuꝑ verbo clepſydra q̄dā ꝓuerbia expli-
cāt̄.Fuiſſe illā ꝓ horologio,& ad alios vſus ſequētes ſcriptores indicāt.Vegeti⁹ lib.iij.Quia īpoſſibile videba
tur ꝑ totā noctē vigilātes ſingulos in ſpeculis manere,ideo in quattuor partes ad cleſydrā ſunt diuiſæ vigi-
liæ.Cēſorinus,P.Cornelius Naſica Cēſor ex aqua fecit horariū: qđ & ipſum ex cōſuetudine noſcēdi a ſole
horas,ſolariū cœptū vocari.Vitruui⁹ teſtat̄ horologiorꝫ ex aq̄ cōparationē Cręſibiū primū explicuiſſe.Et li.vij.
Athenęus inqt,Hydraulicū inſtrumētū videt̄ eſſe Clepſydra:vñ ferūt Platonē paruā quandā inſtrumēti exco
gitationē excogitaſſe,dū nocturnū horologiū fingit ſimile hydraulico , referēs clepſydrā admodū capacē.
Satis cōſtat clepſydrā deduci ἀπὸ τȣ̃ κλέπτω καὶ τȣ̃ ὕδατος,id eſt a ſubducēdo aquam. Interfari)loquētē in-
terrūpere,impedire,obſtrepi. Cōuicia)ab aduerſarijs iurgia:qualia noſtri tpis in foro ſtrepūt. Inulta)cōui-
tia impunita. Inertē)nimiū patientē,qui nō exerceret ſuā poteſtatē. Vlciſceret̄) detrudēdo conuiciantem [Iners.]
in carcerē,vel ab aduocatione repellēdo. Inſolentē)arrogantē. Aeſtus) ſollicitudo,mētis agitatio. Ante [Aeſtus.]
oculos)corā. Appellaſſet) ꝓuocaſſet,auxiliū me oraſſet.Appellādi ius q̄ ſit frequēs,q̄q; neceſſarium,q ne- [Appellare.]
ſciat,nemo eſt:quippe ꝗ iniquitatē iudicantiū vel imperitiā corrigat.lege Iuriſconſultū.ff.xlix.titulo de Ap- [Appellatio]
pellationibus.Eſt autem authore Aſconio appellatio minoris ad potiores prouocatio.Significat etiā appel-
lare blāda oratione alterius pudicitiā attētare ſecūdū Vlpianū, Cui adeſſem)ꝓ quo agerē,cui⁹ cauſā tuerer.

ille,quem contra intercederẽ,auxiliũ ferrẽ,an quieſcerẽ,ſileremq;, & quaſi eiurato magiſtratu priuatũ ipſe me facerẽ. His rationibus motus, malui me tribunũ oĩbus exhibere, q̃ paucis aduocatũ.Sed tu, (iterum dicã) plurimũ intereſt, quid eſſe tribunatum putes:quam perſonam tibi imponas, quę ſapienti viro ita aptanda eſt,vt perferatur. Vale.

Intercedere Ille.)Aduerſarius appellaſſet. Intercederẽ)occurrerẽ,obſtarẽ.Intercedere eſt ꝓhibere, cuius extremũ ius erat apud Tribunos pl. Auxiliũ ferrẽ)perinde acſi diceret,vtri eorũ opẽ tuliſſem , aduocati partes exceſſiſſem:ſi ſiluiſſem,videbar me Tribunatu priuare. Eiurare. Eiurato)depoſito,abrogato.M.T.in Philippicis,Sic me iniqui eiurabãt,de me querebãtur.Valerius,Ignominioſa Conſulũ eiuratione.Eiurare,Põpeio referẽte,ſignificat id quod deſideratᷓ nõ poſſe ꝓ̄ſtare.Quare Secũdus dixit eiuratũ Tribunatũ,vt qui in eo deductus eſſet,nõ poſſe ꝓ̄ſtare honeſte quod iure debuiſſet. Priuatũ)ſine poteſtate. Oĩbus)po.Ro.exercẽdo ius tribunitium & opẽ dãdo preſſis. Paucis)ad vſum paucorũ aduocare. Perſona. Perſonã tibi imponas) qualitatẽ & mores dignitati tuæ cõpetentes. Sic M.T.pro Sylla, Deniq; inquit,iſtã perſonã vehementẽ & acrẽ quã mihi tũc tẽpus,& reſp. ĩpoſuit,iã volũtas & natura detraxit.Idẽ ĩ Philippicis, Vt meminiſſẽ quã ꝓ̄ſonã ĩpoſitã a vobis ſuſtinerẽ.Et Ouidiꝰ, Cũ tibi cõtigat formã Iunonis adire Fac ſcis ꝓ̄ſonę quã tueare memor.In q̃ ſignificatiõe ipẽ alibi,& Fabius vſurpãt. Neq; ignoro accipi interdũ perſonã ꝓ ſcenico habitu vel hiſtrione,a ꝓ̄ſonãdo dictã:& ꝓ corpore, vt ſæpius apud Iuriſcõſultos,& interdũ ciceronẽ:& quale illud Traiani in epl'is,Quid in ꝓ̄ſona ſtatuẽdũ ſit. Perferatur)ad finẽ vſq; Tribunatꝰ.In multis exẽplaribꝰ legi ꝓ̄ferat.i.ꝓponat,& oſtẽtet,ꝓbet,nullo ꝓ̄textu deformet.

## C. PLIN. BEBIO HISPANO SVO S.

TRanquillus cõtubernalis meus vult emere agellũ,quẽ venditare amicus tuus dicitur. Rogo cures,quãti ęquũ eſt,emat. Ita enim delectabit emiſſe. Nã mala emptio ſemper ingrata eſt,eo maxime,ꝙ exprobrare ſtultitiã domino videtur . In hoc autẽ agello (ſi modo arriſerit preciũ) Tranquilli mei ſtomachũ multa ſolicitãt,vicinitas vrbis, opportunitas vię, mediocritas villæ, modus ruris,q aduocet magis,q̃ diſtringat. Scholaſticis porro †ſtudioſis,vt hic eſt,ſufficit abũde tantũ ſoli,vt releuare caput,reficere oculos, reptare per limitem, vnamq; ſemitã terere, omneſq; viticulas ſuas noſſe , & numerare arbuſculas poſſint. Hęc tibi expoſui,quo magis ſcires, quãtũ ille eſſet mihi,ego tibi debiturus,ſi prędiolũ iſtud,quod commendatur his dotibus,tam ſalubriter emerit,vt pœnitentię locum non relinquat. Vale.

Argumẽtũ. TRanquillus)Hiſpanũ rogat vt pro Trãquillo ſuo agellũ iuſto ꝓ̄cio cõparet, ne ſit pœnitẽtię locus. ¶Bebius Macer Hiſpanus poſtmodũ Cõſul deſignatꝰ ſub Adriano Præfectus vrbis fuit.In qbuſdã exẽplaribꝰ ſcriptũ eſt Vipſano.nam Vipſanũ Meſſalã legimꝰ Tribunũ legionis, cui pręerat Aponiꝰ Saturninus,virũ egregiũ,& q ſolus ad id bellũ artes bonas attuliſſet : alioquin ſub Veſpaſiano pietatis eloquẽtięq; famam adeptus nondũ etate Senatoria pro fratre Aquilio Imperatorẽ auſus deprecari.cuius lauretũ Martialis carminibus memorat.

Bebius Macer Hiſpanꝰ ſeu Vipſanus.

†dominis

Venditare. Vẽditare)cupere vendere & quærere prętinatorem,exponere venui. Mala)pluris. Domino) emptori.Stultitiam)ignorantiam qui pluris emiſſet quod minoris eſſet. Arriſerit)placuerit,honeſtum fuerit. Stomachum)appetentiam. Solicitant)inſtigant,augent. Vicinitas vrbis)cenſet Columella in propinquo agrum mercari,quo frequenter dominus veniat: & frequentius, q̃ ſit venturus denunciet. ſub hoc enim metu cũ familia villicus erit in officio. Opportunitas viæ)Multũ confert agris iter cõmodũ: primum quod eſt maximũ,ipſa pręſentia domini qui libẽtius cõmeaturus ſit ſi vexationẽ viæ non reformidet.deinde ad vehenda & exportãda vtenſilia,quę res frugibꝰ cõditis auget preciũ & minuit impẽſas rerũ inuectarũ: qa minoris apportentᷓ eo ꝙ facili niſu perueniatᷓ.nec nõ nihil eſſe etiã paruo vehi,ſi cõductis iumẽtis iter facias:ſeruos quoq; q ſecuturi patrẽ familię ſint,nõ ægre iter pedibus ingredi. Mediocritas villę)ędificij in agro,ne.ſ.villa ſit adeo ampla vti inde ſecũdũ Catonis ꝓ̄ceptũ exire neq̃as. Modus ruris)mediocritas agri.huc ꝑtinet illa ꝓ̄clari poetæ ſentẽtia,Laudato ingẽtia rura:Exiguũ colito. qd vir eruditiſſimus traditũ vetus ꝓ̄ceptũ numeris ſignauit:ne maiorẽ quã ratio calculorũ patiatᷓ emere agrũ velimus:qppe acutiſſimã gentẽ Pœnos dixiſſe cõuenit,imbecilliorem agrũ q̃ agricolã eſſe debere.Modus aũt erit,vnicuiq;,volũtas facultaſq;:neq; eĩ ſatis eſt poſſidere velle,ſi colere nõ poſſis. Aduocare Aduocet)delectet,alliciat,cõſoletur,a curis vrbanis remoueat. Aduocamẽtum. Aduocamẽtũ autẽ cõſolatio. Diſtringat)occupet. Scholaſticꝰ. Scholaſticis)q adhuc inſtituũtur,& ĩ ſchola verſantᷓ:an ꝙ in declamãdo ſe exercebat Trãquillꝰ.Fuit ĩ alia lectiõe dominis.ſ.ruris.& ſine parẽtibꝰ. Porro. Porro)ſane ꝓ̄cipue. Releuare)recreare. Caput)ſtudijs feſſum. Reficere)reſtaurare.In ſecũda lectiõe refigere fuit,hoc eſt alio diuertere. Reptare. Reptare)lẽte & quaſi teſtudinis paſſu ire,vt cõſueuere q ſpatiantur.Sic Horatius,An tacitũ ſyluas interreptare ſalubres. Limites duo. Per limitẽ)Limites ĩ agris duo maximi ſunt,cardo & decumanus.limes decumanus eſt, q agrũ ab exortu æquinoctiali ad occaſum ęquinoctialẽ ſecat. Cardo. Cardo aũt a meridie ad ſeptẽtrionẽ. reliqui limites anguſtiores ſunt,diſtãtq; inter ſe paribus interuallis. Semita. Semita eſt arcta,& q̃ſi dimidia via. Arbuſculas) Columella de oliuis paruis loquẽs,arbuſculas dixit. Dotibꝰ)donis,cõmodis. Salubriter. Salubriter)iuſto precio. Vt non relinquat locum pœnitentię)vt ſemper emptio placeat:nam is nõ relinquit locum pœnitẽtię,quem nullius rei pœnitet.